Fungus validis accedit ob pileum craſſum et ſtipitem fartum, ad clypeatos ob proportionem, ad ſquamoſos CXV-CXVII. ob pilei ſuperficiem. Affinitatem *ſquamoſorum* cum *unctuoſis* omnino agnoſco, ſed characterem utrosque naturaliſſime conjungentem deſidero, tamen ſuſpicor praeſentem. Comparandi ſunt cum hoc fungo jam deſcripti *A. impuber* CXVI. et *A. ſquamuloſus* CXVII.

Pileus convexus, laxus, margine leniter incurvato, acuto et rudiori. Fibrillae ſubfloccoſae e medio marginem verſus radiantes. Pilei ſubſtantia a medio jam extenuata verſus marginem acutum, leniſſime cum ſtipite confluens.

Stipes validus, ſub-elongatus, aſcendens, leviter flexuoſus, baſi ſubbulboſa, paululum obliqua. Fibrillae ſtipitis appreſſae, non floccoſae, bulbus niveo, laevigato, et ſuperne evaneſcente bombace obtectus, qui bombax volvae inſtar, a bulbo vere diſtinctus ſub eodem proſerpit et cum radice arancoſa compacta, in terra diſtributa, coaleſcit.

Laminae latiuſculae, laxae, oblongae, inferne convexo-arcuatae, triplici ordine digeſtae, majoribus circiter 50 — 60 verſus

191. Der feinſchuppige (Seidenſchwamm).

Ein eisgrauer etwas roſtbräunlicher Schwamm, mit einem verlängerten, blos am untern Ende etwas knolligen und daſelbſt hellweißen Stiele, der übrigens, ſo wie der Hut, ſeidenartig geſtrichelt iſt; und mit roſtfarbig braunen Blättchen.

Der Schwamm iſt wegen dem ſtarken Hute und derben Stiele zu den Fleiſchſchwämmen, wegen des Verhältniſſes zu den Schildſchwämmen, wegen der Oberfläche des Hutes aber zu den Seidenſchwämmen (115 — 117.) zu rechnen. Ich ſehe allerdings die Verwandtſchaft dieſer Seidenſchwämme mit den Fettſchwämmen, weiß aber kein Kennzeichen feſtzuſetzen, welches beide natürlich verbände, ob ich gleich vermuthe, daß es wirklich vorhanden iſt. Man vergleiche mit dem gegenwärtigen Schwamme die ſchon oben N. 116. und 117. beſchriebenen.

Der Hut iſt rund erhaben, ſchlaff, am Rande ſanft umgebogen, ſcharf, und etwas ungleich. Die etwas flockigen Faſern gehen ſtrahlend von der Mitte des Hutes gegen den Rand. Sein Weſen wird ſchon von der Mitte gegen den ſcharfen Rand verdünnt, und fließt ſehr ſanft mit dem Stiele zuſammen.

Der Stiel iſt ſtark, etwas verlängert, mit einem leichten Bogen aufſteigend, und an dem etwas ſchief ſtehenden Grunde ein wenig knollig. Die Faſern des Stieles liegen dicht angedruckt, und ſind nicht flockig. Der Knollen iſt mit einem weichen wolligen hellweißen Filze überzogen, welcher glatt anliegt, oberwärts ſich nach und nach verliehrt, unten aber wie ein Ey den Knollen, mit dem er nicht zuſammenhängt, umgiebt, und ſich mit der dichten, doch ſpinnewebartig zertheilten, in der Erde liegenden Wurzel vereinigt.

Die Blättchen ſind etwas breit, ſchlaff, länglich, unten bogig gerandet, und in dreyfacher Ordnung geſtellt, wovon die 50 — 60 größten gegen den Stiel zu, an welchen ſie anwach-

Digitized by Google

ſus ſtipitem, cui adnaſcuntur, leniter ſinuatis. Margo furfure ochraceo diſtinguitur.

Superficies fungi tota ſicca, fibroſo-tomentoſa, differens in pileo non ſolum fibrillarum conditione, ſed etiam *colore*, qui caneſcens, totius fungi, ibi ſubferrugineus, in ſtipite ſuperne magis ochraceus eſt.

Subſtantia farta, pallide ſulphurea, in ſtipite toto fibroſa, et in ejus bulbo albeſcens.

Vigebat fungus in ſylvula abiegna prope Ziegenhayn fine Septembris 1788.

Icones.

a. Fungus integer, pileo explanatiore, inaequali.
b. Alius pileo convexiore.
c. Idem, diſſectus, radicalis albi velamenti, et ſubſtantiae conditiones monſtrans.

CXCII. AGARICUS NITENS.

Pileo cano-olivaceo, fibrilloſo, glabro nitente, ſtipite fibroſo, brevi, niveo, lamellis latis, laxis, pallidis, leniſſime olivaceo-liveſcentibus.

Fungus forma et ſuperficie ſingularis, habitu ſuo aliquo modo reſpondens ſolo, in quo creſcebat.

Pileus ſubſtantia erga ſtipitem extenuatus, forma varius, laxus, irregularis, ſuperficie ſiccus, glabro-nitens, junior ſolum

wachſen, gelinde ausgeſchweift ſind. Der Rand der Blättchen hat einen ocherfarbnen Reif.

Die Oberfläche des ganzen Schwamms iſt trocken, faſerig filzig, und unterſcheidet ſich nicht nur in Anſehung der Faſern, ſondern auch der Farbe in Hut und Stiel, indem dieſe bey erſterem mehr roſtbräunlich, bey letzterm an ſeinem obern Theile mehr ocherartig iſt.

Das Weſen iſt derb, blaß ſchwefelgelb, im ganzen Stiele faſerig, und im Knollen weißlich.

Im Ziegenhayner Hölzchen wuchs dieſe Art zu Ende des Septembers 1788.

Abbildungen.

a. Ein ganzer Schwamm, mit einem flachen ungleichen Hute.
b. Ein anderer mit einem erhabenern Hute.
c. Derſelbe, zerſchnitten, an welchem der Zuſammenhang der weißen Hülle und das Weſen deutlicher zu bemerken iſt.

192. Der glänzend glatte Fleiſchſchwamm.

Ein Schwamm, mit einem grau olivengrünen, geſtrichelten, glänzend glatten Hute, einem faſerigen kurzen, hellweißen Stiele, und breiten, ſchlaffen, blaſſen, in ein misfarbiges Olivengrün ſchielenden Blättchen.

Der Schwamm zeichnet ſich ſowohl durch Form, als Oberfläche aus, und ſtimmt gewiſſermaaßen mit dem Boden überein, der ihn trägt.

Der Hut iſt im Verhältniß gegen den Stiel dünn, verſchieden gebildet, ſchlaff, unregelmäßig, und auf der trocknen Oberfläche glänzend glatt. Die jüngern Schwämme haben

lum nebulosus, adultus radiatim fibrillosus, fibrillis nigro-fuscis, vel spadiceis, confluentibus obscuratus, reliquum canoolivaceus. Siccitate in ferrugineum colorem vergit, et magis nigrescit.

Stipes superficie non nitens, non vero pruinatus, sed fibrosus, niveus, in olivascentem colorem lenissime ludens.

Laminae pallidae, ochraceo-cinerascentes, seu ex albo luridae, subvirentes, leviter pliculatae, in marginibus convexis et inaequalibus humentiores et magis obscurae. Ordine, sed minus stricto, duplici vel triplici digeruntur, majores circiter 50. stipiti adnatae.

Substantia farta, nivea, in stipite toto fibrosa.

Legi fungos die 10. Octobris 1788. in plano montoso sterili ante oram septentrionalem sylvulae Forst, tecto gramine brevi, herbis et muscis siccis.

Pulvinatis omnino accedere videtur, imprimis *A. atricapillo* LXXVI.

nur eine nebliche Farbung, die ältern sind mit schwarzbraunen zusammenfließenden, von der Mitte strahlig ausgehenden Strichen überzogen, und auf der überhaupt grau olivenfarbnen Fläche dunkler schattirt. Wenn der Schwamm eintrocknet, wird die Farbe mehr schwärzlich, und neigt sich zugleich ins Rostbraune.

Der Stiel hat eine glanzlose, aber nicht bereifte, sondern faserige Oberfläche, und eine hellweiße, ins Olivengrüne schielende Farbe.

Die Blättchen sind blaß, von einer graulich ocherartigen, oder weißen unscheinbar grünlichen Färbung, leicht gefaltet, und an den erhabnen ungleichen Rändern feuchter und dunkler. Sie stehen in doppelter und dreyfacher, aber weniger strengen Ordnung. Der größern, welche sich an den Stiel anfügen, sind etwa 50. vorhanden.

Das Wesen ist derb, hellweiß, und im ganzen Stiele faserig.

Diese Art von Schwämmen fand ich am 10. October 1788. auf einer dürren, mit kurzem Grase, trocknen Kräutern und Moosen bedeckten Bergfläche, an der nördlichen Seite des Forstes.

Sie scheint zu den Weichschwämmen zu gehören, besonders nähert sie sich dem schwarzhaarigen Weichschwamm N. 76.

Icones.

a. Fungi bini irregulariter connati, integri.

b. Fungus solitarius.

c. Idem, dissectus, laminarum plicas, marginesque ostendens.

d. Fungus junior, cujus pileus solum nebulatus fibrillis sericeis stipiti adhuc bulboso adnectitur.

Abbildungen.

a. Zwey ungleich mit einander verwachsne ganze Schwämme.

b. Ein einzelner.

c. Derselbe zerschnitten, welcher die Falten und Ränder der Blättchen bemerken läßt.

d. Ein jüngerer Schwamm, mit einem blos neblig gefärbten, und mit dem annoch knolligen Stiele durch seidenartige Fäserchen verbundnen Hute.

Digitized by Google

CXCIII. AGARICUS NEBULARIS.

Griſeus, pileo alutaceo, obſcuriore, glabro, margine involuto, ſtipite pallidiore, fibroſo-hiſpido, baſi albo-tomentoſa, laminis erga craſſum ſtipitem pileumque anguſtis, pallidis, livido-ochraceis.

Habitus fungi vere validus, ſolidus fartus et rigens.

Pileus craſſe pulvinatus, ſtipiti impoſitus, ſolum margine extremo involuto tenuatus, ſuperficie glaber alutaceus, opacus, ſiccus, leniſſime pruinatus, et lineis decurrentibus capillaribus, anaſtomoſi obliqua connexis, obſcurioribus, ut alii nonnulli fungi, obductus.

Stipes fibroſus hinc inde revolutis et arrectis fibris hiſpidus; baſis obtegitur byſſo albo, cui adhaerent folia acerosa, nuces et muſci.

Laminae elongatae, margine inferne laxe rectilineo et ſupero parallelo, triplici ordine digeſtae, extimae minutae oblongae marginales, intermediae paululum elongatae, pone obtuſae, majores uſque ad ſtipitem productae, et termino ſubconvexo adnatae.

Subſtantia farta, nivea, in toto fungo, vix faſciculariter fibroſa, in ſtipite mollior et diſcedens, in cortice ſtipitis, ejusque ſupra lamellas continuatione, obſcurior.

Color totius in brunneum pallidiſſime vergit.

193. Der nebelgraue Fleiſchſchwamm.

Ein hellgrauer Schwamm, mit einem zartledrigen, glatten, am Rande eingerollten dunkler gefärbten Hute, einem bläſſern, faſerig rauhen, am Grunde weißfilzigen Stiele, und Blättchen, welche gegen den ſtarken Stiel und Hut gemeiniglich ſchmal ſind, und eine unſcheinbare blaſſe Ocherfarbe beſitzen.

Das Anſehen des ſtarken, ſteifen und derben Schwamms geſellt ihn auffallend zu den Fleiſchſchwämmen.

Der Hut iſt dick gepolſtert, auf den Stiel aufgeſetzt, blos am äußerſten Rande eingerollt, und zugleich verdünnt. Die Oberfläche iſt zartledrig glatt, glanzlos, trocken, zart bereift, und, wie verſchiedne andre Schwämme, mit dunklern herablaufenden, ſchiefverbundnen und haarfeinen Strichen überzogen.

Der Stiel iſt faſerig, und von den hin und wieder abgeſonderten, aufrechtſtehenden oder zurückgerollten Faſerſpitzen rauh; der Grund wird mit einer zarten weißen Wolle überzogen, welche mit Nadeln, Mooſen und Nußſchaalen verwachſen iſt.

Die Blättchen ſind verlängert, ihr unterer Rand iſt etwas nachläſſig geradlinig, ſie ſtehen in dreyfacher Ordnung, die äußerſten am Rande ſtehenden ſind länglich und ſehr klein, die mittlern verlängert, hinten abgeſtumpft, die größten aber gehen bis zum Stiele und fügen ſich mit einem etwas bogigen Hinterende an ſelbigen an.

Das Weſen des ganzen Schwamms iſt hellweiß, derb, aus undeutlichen Faſerbündeln zuſammengeſetzt, die in dem weichern und lockern Stiele ſichtbar werden. In der Rinde des Stieles und ihrer über den Blättchen weggehenden Fortſetzung iſt es dunkler gefärbt.

Die Farbe des ganzen Schwamms fällt in ein blaſſes Tiefbraun.

Digitized by Google

Vigebat die 7. Octobris 1788. in sylva acerosa montis Jenzig.

Icones.

a. Integer fungus, basi varia corpora sylvae acerosae adnectens.

b. Idem, dissectus, laminis angustatis.

CXCIV. AGARICUS SUBALUTACEUS.

Pileo alutacco livescente-albo, pallidissime carneo, margine involuto; stipite in pileum diffuso albo-tomentoso, vel floccoso, et lamellis paullo magis carneo-rubellis.

Fungus singularis, ex udo siccus, mollis, tamen rigens, *obliquis* aliquantulum accedens.

Pileus superficie quasi per siccitatem incipientem alba, alutaceo-laevigata, et ubi siccior, nivea, opaca. In majoribus plerumque, interdum in minoribus, pileus leviter rugosus, rugis undulatis, concentricis, subramosis, udis, ideoque obscuris. Forma pilei inaequalis, directio laxa et subobliqua, medio depressa.

Stipes etiam varie formatus, udus, nitoris expers, subcarneo-fulvellus, pallens, superne albo-tomentosus, in pileum, primum juxta marginem tenuatum, diffusus.

Laminae oblongae, versus pilei marginem acutae, pone dilatatae et arcuatim obtusa-

Er wuchs am 7. October 1788. in dem Fichtenwalde des Jenzigberges.

Abbildungen.

a. Ein ganzer Schwamm, an dessen Unterende verschiedne in den Nadelhölzern vorkommende Körper hängen.

b. Derselbe zerschnitten. Die Blättchen sind schmal.

194. Der zartlederige Fleischschwamm.

Ein Schwamm mit einem zartlederigen, misfärbig weißlichen, blaß fleischfarbnen Hute, welcher am Rande eingerollt ist, einem sich in den Hut ausbreitenden, weißfilzigen oder flockigen Stiele, welcher nebst den Blättchen etwas mehr ins fleischröthliche fällt.

Der Schwamm hat eine besondere Anlage, geht aus dem feuchten Zustande in den trocknen über, ist weich, aber dennoch steif, und nähert sich etwas den Schiefschwämmen.

Der Hut hat eine Oberfläche, die gleichsam durch die anfangende Trockenheit weiß, zartlederig und glatt, und wo sie trockner ist, hellweiß und undurchsichtig wird. Mehrentheils ist der Hut bey erwachsnen, selten bey jüngern und kleinern Schwämmen mit leichten Runzeln versehen, welche ästig zusammenhängen, um die Mitte gehende wellige Kreise bilden, feucht, und daher etwas dunkler sind. Die Bildung des Hutes ist ungleich, er hat eine schlaffe und schiefe Richtung, und ist in der Mitte niedergedrückt.

Der Stiel ist auch verschieden gebildet, feucht, glanzlos, fleischfarben braunröthlich, blaß, oben mit einem weißlichen Filze bedeckt, und in den Hut, welcher erst am Rande dünner wird, ausgebreitet.

Die Blättchen sind länglich, gegen den Hutrand zu spitzig, hinten breiter und bogig abge-

Digitized by Google

tuſatae, quadruplici ordine digeſtae. Longiores intimae circiter 40 — 45. In fungis majoribus laminae interdum pliculis connectuntur lateralibus, ſeu rugis in pilei pagina inferiore.

Subſtantia alba, carneo-fulvella, in extimo cortice etiam ſiccior, ejusdem coloris, inter hunc vero et medullam uda et obſcurior.

Legi fungos hos copioſos in ſylvula montis Landgraf et Rauhethal, die 20. Sept. 1788. Specimina occurrebant depictis duplo majora.

Icones.

a. Fungus integer, pileo foveato, et concentrice ruguloſo.

b. Fungus minor, pileo quidem aequaliore, ſed etiam margine varie flexo et pulvinato, foliis aceroſis baſi ſtipitis adhuc bulboſi annexis.

c. Idem diſſectus, monſtrans ordinem lamellarum, pilei flexionem, ſubſtantiae diverſitatem.

CXCV. AGARICUS LATERINUS.

Pileo lateritio-carneo, pulvinato, farto, ſubviſcido, ſtipite concolore pallidiore, floccoſo-aſpero, laminis fulvellis anguſtis.

Fungus vere validus, fartus, ſed minus proportione, quam colore et ſuperficie determinandus.

Pileus

abgeſtumpft. Sie ſtehen in vierfacher Ordnung. Die längſten, welche am weiteſten gegen den Stiel ſich verlängern, belaufen ſich ohngefähr auf 40 — 45. Bey den größern Schwämmen hängen die Blättchen zuweilen durch ſeitwärts gehende Falten, oder durch ſolche Runzeln auf der Unterfläche des Hutes zuſammen.

Das Weſen iſt weiß, fleiſchfärbig ins braunröthliche fallend; eben ſo iſt auch die Rinde gefärbt, die gleichfalls trockner iſt, zwiſchen ihr aber und der Mitte liegt eine feuchtere und dunkler gefärbte Schicht.

Dieſe Schwämme fand ich in Menge in den Nadelhölzern des Rauhethals und des Landgrafs, am 20. September 1788. Es fanden ſich welche, die noch einmal ſo groß waren, als die hier abgebildeten.

Abbildungen.

a. Ein ganzer Schwamm mit einem vertieften, concentriſch gerunzelten Hute.

b. Ein kleinerer, mit einem ebnern, aber am Rande doch verſchieden gebognen und gepolſterten Hute, und einem knolligen Stiele, mit angewachſnen Kiefernnadeln.

c. Derſelbe, zerſchnitten, an dem man die Ordnungen der Blättchen, die Beugung des Hutes, und die Verſchiedenheit des Weſens bemerken kann.

195. Der ziegelröthliche Fleiſchſchwamm.

Ein Schwamm, mit einem ziegelrothfleiſchfarbnen, gepolſterten, derben, etwas klebrigen Hute, einem blaſſern aber gleichfarbigen, mit rauhen Flocken beſetzten Stiele, und ſchmalen braunröthlichen Blättchen.

Der Schwamm gehört offenbar zu den Fleiſchſchwämmen, iſt derb, aber weniger durch das Verhältniß, als durch die Färbung und Oberfläche ſeiner Theile zu bezeichnen.

Der

Digitized by Google

Pileus superficie gaudet opaca, delicata, alutacea, et subviscida, siccitate magis rubente. Margo vix extima ora tenuatus, vix involutus.

Stipes forma varius, basi saepe crassiusculus, superficie opacus, omnis nitoris expers, crebris floccis laxis, revolutis, et laceris asperſus, pileum sustentans, vel leniſſime cum eo confluens.

Laminae laxae, anguſtae erga pilei crassitiem, inferne rectilineae, pone obtusatae et latiores, marginibus et alternatione inaequales, umbris obscurioribus et margine obsolete albentiore crenulatoque instructae. Majores circiter 60 — 80, pileo soli adnatae.

Subſtantia denſa suberoso-carnoſa, alba, pallidiſſime in fungi totius colorem vergens, in stipite fibroſa.

Inveni frequentes hosce fungos in pinetis sylvulae Rauhethal die 20. Sept. 1788.

Iconer.

a. Fungi bini, sociales, graciliores, integri.

b. Alius diſſectus, craſſior, et solitarius.

CXCVI. AGARICUS DISCORS.

Albus, ſtipite valido, ſub-elongato, inferne floccis longitudinalibus, ſuperne transverſis exaſperato, nitoris experte, pileo umbonato, deflexo, teneriore, ſubliveſcente, ſubviſcido, laminis albis, ſtipiti annexis.

Pro-

Der Hut hat eine undurchſichtige, feine, zartlederige, etwas klebrige Oberfläche, die beym Trocknen eine röthere Farbe erhält. Der dickgepolſterte Hut iſt kaum am äußerſten Rande verdünnt, und daſelbſt eingerollt.

Der Stiel hat eine verſchiedene Bildung, iſt am Grunde oft verdickt, die Oberfläche iſt undurchſichtig, und glanzlos, mit häufigen, lockern, zerſchlitzten und zurückgerollten Flocken beſtreut. Der Stiel unterſtützt den Hut, und fließt nur ſanft mit ihm zuſammen.

Die Blättchen ſind ſchlaff, im Verhältniß gegen die Stärke des Hutes ſchmal, unten geradlinig, hinten abgeſtumpft und breiter; ſie wechſeln unordentlich in der Länge ab, haben dunkle Flecken, und ungleiche gekerbte, etwas weißere Ränder. Von den geßern, welche blos an den Hut angewachſen ſind, zählt man etwa 60 — 80.

Das Weſen iſt dicht, korkartig fleiſchig, weiß, und ſchielt mit einem blaſſen Scheine in die röthliche Farbe des ganzen Schwamms. Im Stiele iſt ſie faſerig.

Dieſe Schwämme fand ich häufig unter den Kiefernbäumen im Rauhethal, und zwar am 20. September 1788.

Abbildungen.

a. Zwey ganze, ſchlankere, am Grunde verwachſne Schwämme.

b. Ein andrer, einzelner, dickerer Schwamm, zerſchnitten.

196. Der weiße rauchſtielige Fleiſchſchwamm.

Ein weißer Schwamm, mit einem ſtarken, etwas verlängerten, glanzloſen Stiele der unten mit der Länge nach gehenden, oben mit queerliegenden Flocken beſetzt iſt; einem in der Mitte erhobnen, zarten, an den Seiten herabhängenden, etwas klebrigen und miſsfarbigen Hute,

und

Digitized by Google

Proportio fere illi in *Agarico clato* (CLXXXVIII.) accedens, sed fungus paullo humilior.

Pileus medio constans termino stipitis in umbonem producto, crassiusculo, ad latera convexo-deflexus, cito attenuatus, ea parva crassitie autem sensim decrescente versus marginem procedens. Superficies subviscida, quasi tenera membrana et glabriuscula obducta. Color ex albo in cinereoliviscentem vergit, in umbone flavescit. Margo acutus, non involutus.

Stipes validior pileo, aequalis crassitiei, vix basi bulbosus, in maxima et inferiore parte muricatus prominentiis longitudinalibus, subaequali distantia alternantibus, in supera parte similibus, minoribus vero, confertioribus, et magis revolutis; utrisque affixis, scabris, medullosis.

Laminae latiusculae, juxta stipitem, ab eo versus marginem in terminum acutum angustatae, inferne leniter excavatae majores; minores oblongae, utroque termino acuto-tenuatae. Triplici circiter ordine alternant.

Substantia stipitis tota pallida, flavoliviscens, laxe fibrosa, fasciculis fibrarum flexuosis, cortice paullo solidiore, in pileo vero solida, alba.

Legi fungum cum *Agarico ferruginascente* supra descripto n. CLXXXVII.

und weißen, an den Stiel angehefteten Blättchen.

Das Verhältniß ist fast wie in dem langstieligen Fleischschwamm N. 188. aber der gegenwärtige ist niedriger.

Der Hut besteht in der Mitte blos aus dem in die Erhabenheit verlängerten Ende des Stiels, und hat daselbst einige Stärke, nach den Seiten, welche schiefbauchig herabhangen, ist er schnell verdünnt, und wird von der Mitte gegen den Rand immer gleichförmig zärter. Die Oberfläche ist etwas klebrig, und gleichsam mit einer zarten glatten Haut überzogen. Die Farbe geht aus dem weißen etwas ins Olivengraue, auf der Erhöhung ist sie gelblich. Der Rand ist scharf und nicht eingerollt.

Der Stiel ist im Verhältniß stärker als der Hut, gleich breit, am Grunde kaum etwas verdickt; auf der untern größern Hälfte ist er mit Erhabenheiten besetzt, die der Länge nach stehen, und in ziemlich gleichen Entfernungen abwechseln; auf dem obern Theile stehen ähnliche, welche kleiner, gedrängter, und mehr zurückgerollt sind. Beide Arten von Hervorragungen sind auf der Oberfläche des Stiels befestigt, rauh und markig.

Die am Stiele etwas breiten Blättchen werden gegen den Rand des Hutes in spitzige Enden verengert; die größern haben einen sanft ausgehöhlten Unterrand, die kleinern sind länglich, und an beiden Enden zugespitzt. Die Blättchen wechseln in drey verschiednen Längen ab.

Das Wesen des ganzen Stieles ist blaß, gelblich olivenfarb, locker aus welligen Faserbündeln zusammengesetzt, und in der Rinde nur etwas dichter. Im Hut ist das Wesen derb und weiß.

Ich fand diesen Schwamm zugleich mit dem oben N. 187. beschriebnen rostgelblichen Fleischschwamm.

Digitized by Google

Icones.

a. Fungus integer, monſtrans floccorum ſtipitis directionem et alternationem diverſam.

b. Idem diſſectus, in quo laminarum affixiones, proportiones, et ſubſtantiae patent.

CXCVII. AGARICUS SENESCENS.

Ochraceo-ferrugineus, ſubfulvellus, mutabilis; ſtipite ſubbulboſo, obſcuriore, floccis pallidis transverſe ſeriatis ſquamoſo, ſubudo, pileo vario, flaventiore, viſcido, laminis latis pallidis ferrugineo-fulvellis.

Fungus eſſentiali ſuo charactere quidem conſtans, licet aetate habitu externo inſigniter diverſus.

Pileus in juniori magis ochraceo-carneus, leniter in ferrugineum vergens, ſubviſcidus, ſuperficie et margine rigidior, convexius ubique pulvinatus. Adulti pileus mollior, viſcoſitate madens, ferrugineo-luteus, margine interdum, ut huc, pliculis crebris criſpatus. Pilei maſſa ſtipiti imponitur, medio leniter increſſata, vix cum ſtipite confluens, verſus marginem ſenſim tenuata, attamen valida.

Stipes junioris fungi carneum magis ſervat colorem, ſubfulventem, et ſubſtantiam vel ſuperficiem ficciorem, ſquamae floccoſae, laxae revolutae eum obtegunt majores, colore ſimiles. Provectioris ſtipes

Abbildungen.

a. Ein ganzer Schwamm, auf welchem die Richtung und Abwechslung der Flocken des Stieles zu ſehen iſt.

b. Derſelbe, zerſchnitten. Man ſieht daran die Verhältniſſe und Befeſtigungen der Blättchen, auch das verſchiedne Weſen.

197. Der alternde Fleiſchſchwamm.

Ein ocherartig roſtfarbiger, etwas rothbräunlicher, veränderlicher Schwamm, mit einem etwas knolligen, dunkler gefärbten, etwas feuchten, mit blaſſen, der Queere nach gereihten Flocken geſchuppten Stiele; einem veränderlichen, mehr gelben, klebrigen Hute, und breiten Blättchen von einer blaſſen roſtig rothbraunen Färbung.

Dieſer Schwamm zeigt ſeine weſentlichen Kennzeichen auf eine ſehr beſtändige Art, obgleich ſein äußeres Anſehen nach dem Alter ſehr verſchieden iſt.

Der Hut iſt bey jüngern Schwämmen mehr ocherartig fleiſchfarb, ſanft ins Roſibraune ſchielend, etwas klebrig, hat ſteife Oberflächen und Ränder, und iſt überall rund erhaben gepolſtert. Bey erwachſnen Schwämmen iſt er weicher, von Klebrigkeit ganz naß, roſtfärbig hochgelb, und zuweilen am Rande, ſo wie es hier vorgeſtellt wird, mit häufigen Falten gekraust. Die Maſſe des Hutes ſteht blos auf dem Stiele und fließt kaum mit ihm zuſammen; in der Mitte iſt ſie verdickt, von wo ſie gegen den Rand zu immer dünner wird, ob ſie gleich immer noch einige Stärke behält.

Der Stiel hat bey jüngern Schwämmen mehr eine Fleiſchfarbe, die etwas ins Braunrothe fällt, und eine Oberfläche, die ſo wie das Weſen von einer trocknern Beſchaffenheit iſt. Die flockigen Schuppen haben die Farbe des Stiels, ſind größer als nachher, locker, und

Digitized by Google

pes inferne udior et nigro-fulvus, ſuperne nigro-fuſcus, opacior, ſicciór, et ibidem floccis ſubſquamoſis, ochraceo-lividis, conſperſus.

Laminae laxae, oblongae, termino utroque convexo, interno fere obruſatae, longiores vix ſtipiti adnatae, pallide brunneſcentes, ſubferrugineae, marginibus inaequales et albo-pruinatae, quadruplici ordine alternantes.

Subſtantia ochracea, in acre demum ſubluteo-ferruginea, aluiacea, ſeu ſuberoſo-carnoſa in pileo, faſciculariter fibroſa in ſtipite, in cujus etiam ſupra laminas continuato cortice obſcurius eſt colorata.

Legi fungos hos copioſos ſine Septembris, et Octobris initio, in pineto ante ſylvulam Forſt, anno 1788, jam ante decennium ibidem viſos.

Icones.

a. Fungus integer, junior, pileo pulvinato, ſtipite toto adhuc ſicciore.

b. Fungus integer, junior, pileo foveato reflexo, ſtipite inferne jam udiore et obſcuro.

c. Fungus integer adultus, pileo ſtipiteque humidiore.

d. Idem diſſectus, ſubſtantia jam ab aëris contactu obſcurata.

und zurückgebogen. Aeltere Schwämme haben Stiele, welche unten feucht, und ſchwärzlich rothbraun, oben ſchwarzbraun, undurchſichtiger, trockner, und daſelbſt mit ſchuppigen ockerartig misfarbnen Flocken beſtreut ſind.

Die Blättchen ſind ſchlaff, länglich, an beiden Enden gerundet, am innern faſt abgeſtumpft. Die größern erreichen kaum den Stiel ſelbſt. Die Farbe iſt blaß tiefbraun, etwas roſtartig, die Ränder ſind ungleich, und mit einem weißen Reife verſehen. Die Länge der Blättchen iſt vierfach verſchieden.

Das Weſen iſt ockerfarb, wird aber zuletzt in der Luft etwas hochgelb roſtfarbig; im Hute iſt es zartledericg, oder korkig fleiſchig, im Stiele hingegen iſt es faſerig, und in der Rinde deſſelben, die auch über die Blättchen auf der Unterfläche des Hutes fortgeht, iſt es dunkler gefärbt.

Ich fand dieſe Schwämme häufig zu Ende des Septembers und Anfang Octobers 1788. in dem Kiefernwäldchen vor dem Forſt, wo ich ſie ſchon vor zehn Jahren bemerkt hatte.

Abbildungen.

a. Ein ganzer unerwachſner Schwamm mit einem gepolſterten Hute, und einem annoch ganz trocknen Stiele.

b. Ein ähnlicher Schwamm, deſſen Hut vertieft und am Rande zurückgeſchlagen, deſſen Stiel am untern Theile ſchon feuchter und dunkler iſt.

c. Ein ganzer erwachſner Schwamm, mit feuchtem Stiel und Hute.

d. Derſelbe, zerſchnitten. Das Fleiſch fängt ſchon an, an der Luft dunkler zu werden.

Digitized by Google

CXCVIII. AGARICUS SUBTESTACEUS.

Ochraceo-carneus, nitoris expers, stipite basi subbulboso, toto flocculoso-hirto, pileo glabro, subviscoso, laminis pallidis, brunneo-fulvellis.

Fungi habitus valde unicolor, obsoletus et rudis.

Pileus convexus, cucullatus vel conicus, forma varius, validus quidem, sed aequaliter a medio versus marginem acutum decrescens, stipiti tantum impositus, totus in superficie viscoso-roridus, in margine albentior.

Stipes basi plus vel minus bulbosus, et varie elongatus, opacus, siccus, hirtus, floccis distantioribus vel confertis, revolutis, superne densioribus, et ibidem sub pileo cum stipite albis. Intus stipes a medio versus summum sensim magis excavatus, fasciculo fibrarum superne a pilei substantia in cavum stipitis dependente.

Laminae ochraceo-fuscae et subfulvellae, in brunneum vergentes, oblongae, utroque termino acutae, marginibus convexae, latiusculae, soli pileo adnatae, triplici ordine alternantes. Majores circiter 60.

Substantia in toto fungo subaequalis alba, solida, praecipue in bulbo et pileo, in stipite subfibrosa, et in ejus cortice colore fungi externo imbuta.

Copiose crescebant fungi in pinetis ante sylvulam Forst, et in monte Jenzig, initio Octobris 1788.

Icones.

198. Der blasse topffarbige Fleischschwamm.

Ein ocherartig fleischfarbner glanzloser Schwamm, mit einem unten etwas knolligen, über und über flockig rauchen Stiele, einem glatten, etwas klebrigen Hute, und blassen, dunkel röthlichbraunen Blättchen.

Das Ansehen des Schwamms ist ungemein einfärbig, unscheinbar und roh.

Der Hut ist rund erhaben, kappen- oder kegelförmig, von sehr verschiedner Bildung, an sich zwar stark, aber gleichförmig von der Mitte gegen den scharfen Rand verdünnt. Er ist blos auf den Stiel aufgesetzt, seine ganze Oberfläche ist klebrig feucht, nur wie beduftet, und der Rand ist etwas weißlicher.

Der Stiel ist mehr oder weniger knollig und verlängert, undurchsichtig, trocken, und durch Flocken rauh gemacht, welche etwas zurück gerollt sind, oben näher bey einander stehen, und, nebst dem obern Theile des Stiels daselbst, unter dem Hute weiß sind. Inwendig ist der Stiel von seiner Mitte aufwärts immer mehr ausgehöhlt, und oben hängt vom Fleische des Hutes ein Faserbündel in diese Höhle herab.

Die Blättchen sind ocherartig bräunlich, und braunröthlich, etwas ins tiefbraune fallend, länglich, an beiden Enden spitzig, an beiden Rändern erhaben, etwas breit, und blos an dem Hute befestigt. Sie wechseln in dreyfacher Ordnung mit einander ab, der größern finden sich ungefähr 60.

Das Wesen ist im ganzen Schwamme gleichförmig, weiß, vorzüglich im Knollen und Hute dicht, im Stiele faserig, und in dessen Rinde von der äußern Farbe des Schwamms durchdrungen.

Diese Schwämme wuchsen häufig in den Kiefernwäldchen vor dem Forst, und auf dem Jenzigberge, wo ich sie zu Anfang des Octobers 1788. fand.

Abbil-

Icones.

a. Fungus integer, humilior, craſſior, floccis rudioribus.

b. Fungus integer, elatior, floccis ſubtilioribus crebris.

c. Idem diſſectus.

CXCIX. AGARICUS CLAVUS.

Stipite elongato, ochraceo - carneo, floccoſo - furfuraceo, pileo conico - pulvinato, farto, carneo - lateritio, fubunctuoſo, lamellis anguſtis, ſtipiti concoloribus, pileo propriis.

Fungi *proportio* ſingularis, ſimilis illi in *A. peltigero* CXC. et affinibus.

Pileus fere totus ex umbone conſtans, anguſto tantum et obtuſo margine, et quidem explanatiore cinctus, conico - obtuſus, non deflexus, ſed totus fartus, plano horizontali, vel excavato, quo ſtipiti affigitur, laminas adnectens, ſolum in extimo margine paullo citius decreſcens et incurvus. Superficies ſubcartilaginea, ſiccior in junioribus, unctuoſa in adultis. Color ſaturatus ochraceo - carneus, in lateritium vergens, maculae ſicciores in margine albeſcunt.

Stipes opacus, nitoris expers, ochraceo - carneus, ſed albentior, in ſuperficie, praeſertim inferne, floccoſo - ſquamoſus, fere ſemper varie flexus, et varia erga pileum proportione inſtructus.

Laminae anguſtae oblongae, pone obtuſatae, vel ſenſim decreſcentes, inaequa-

Abbildungen.

a. Ein ganzer, niedriger, dicker, mit groben Flocken beſetzter Schwamm.

b. Ein andrer, verlängerter, mit feinern und häufigern Flocken.

c. Derſelbe zerſchnitten.

199. Der nagelförmige Fleiſchſchwamm.

Ein Schwamm mit einem verlängerten, ocherartig fleiſchfarbnen, klepig flockigen Stiele, einem fleiſchigen, kegelförmig gepolſterten, etwas fettigen, fleiſchfarbig - ziegelrothen Hute, und ſchmalen, blos an den Hut befeſtigten, mit dem Stiele gleichfarbigen Blättchen.

Das Verhältniß des Schwamms iſt beſonders, und dem im kleinhütigen rothen Fleiſchſchwamm 190. und ſeinen Verwandten ähnlich.

Der Hut beſteht faſt blos aus einer Erhabenheit, die mit einem ſchmalen, ſtumpfen und etwas flachern Rande umgeben iſt. Der Hut iſt ganz derb und fleiſchig, ſtumpf - kegelförmig, und unten mit einer geraden oder etwas ausgehöhlten Fläche, an welcher ſich die Blättchen anheften, auf dem Stiel befeſtigt. Blos am äußerſten umgerollten Rande nimmt ſeine Dicke auf einmal ab. Die Oberfläche iſt etwas knorplig, bey jüngern Schwämmen trocken, bey älteren fettig. Die Farbe iſt eine geſättigte ocherartige Fleiſchfarbe, die ins Ziegelrothe übergeht, die trocknern Flecken am Rande fallen ins weißliche.

Der Stiel iſt undurchſichtig, und glanzlos, ocherartig fleiſchfarb, doch etwas weißlich, auf der Oberfläche, beſonders am untern Theile mit flockigen Schuppen beſetzt, faſt immer verſchieden gebogen, und gegen den Hut von ungleichem Verhältniß.

Die Blättchen ſind ſchmal und länglich, am innern Ende abgeſtumpft, oder nach und nach verſchmälert; ihre Bildung iſt ungleich,

Digitized by Google

qualiter formatae, ſtipiti concolores, triplici ordine digeſtae. Majores eorum circiter 50.

Subſtantia nivea, in pileo farta, in ſtipite fibroſa, et in ejus bulbo radicali fuſceſcens.

Legi tria huc depicta ſpecimina in pineto ante ſylvulam Forſt, die 10. Octobris 1788.

Icones.

a. Fungus major, ſtipite valido ſubrectiuſculo.

b. Fungus minor, ſtipite teneriore flexuoſo.

c. Fungus minimus, ſtipite valido incurvo, et quaſi volva inſtructus.

d. Fungus b. diſſectus.

e. Fungus a. diſſectus.

CC. AGARICI GLUTINOSI VARIETAS γ.

Adjicere placuit ſpecimina aliquot variabilis fungi, jam ſupra Elenchi Cont. I. n. LXX. LXXI. deſcripti, nunc iterum alio tempore, alioque, ſed perſimili loco inventa, cum haec tertiam varietatem conſtituere videantur.

Secundae varietati ſpecimina huc depicta, quae in eodem ſicco plano montoſo, eodemque tempore legi, quo vigebant *Agarici nitentes*, maxime *affinia* ſunt, ut ex iſtius varietatis deſcriptione patebit. Varius formae habitus, defectus glutinis colliqueſcentis, margo poſtea humido-ſtriatus,

ſie haben die Farbe des Stiels, und ſind in der Länge dreyfach verſchieden. Von den größern bemerkt man ohngefähr 50.

Das Weſen iſt ſchneeweiß, im Hute derb und fleiſchig, im Stiel faſerig, und in dem die Wurzel ausmachenden Knollen deſſelben bräunlich.

Die drey hier gezeichneten Beyſpiele fand ich am 10. October 1788. in dem Kiefernwäldchen vor dem Forſt.

Abbildungen.

a. Ein größerer Schwamm mit einem ſtarken und geraderen Stiele.

b. Ein kleinerer, mit einem zartern gebogenen Stiele.

c. Der kleinſte Schwamm, mit einem ſtarken gekrümmten Stiele, der faſt einen Ring zeigt.

d. Der bey b. gezeichnete Schwamm, und

e. Der bey a. gezeichnete, beide zerſchnitten.

200. Die dritte Abänderung des klebrigen Fleiſchſchwamms.

Ich habe hier einige Beyſpiele des ſehr veränderlichen Schwammes beyfügen wollen, den ich ſchon oben N. 70. 71. beſchrieben, und jetzt wieder zu einer ganz andern Zeit, und an einem andern, wenn gleich ſehr ähnlichen Orte gefunden habe, da ſie mir die dritte Abänderung deſſelben auszumachen ſcheinen.

Die hier gezeichneten Beyſpiele, welche ich zu gleicher Zeit, auf eben der trocknen Beyfläche mit dem glänzend glatten Fleiſchſchwamme fand, ſind der zweyten Abänderung des klebrigen Fleiſchſchwamms ſehr verwandt, wie aus ihrer Beſchreibung erhellen wird. Es wird hinlänglich beſtätigt, durch das äußere Anſehen, den Mangel des fließenden

Digitized by Google

tus, et demum in corneam membranam induratus, hoc satis evincunt.

Tamen non ab omni parte conveniunt. In nostris stipes niveus, nitoris expers, fere sericeus, annulo carens quidem, sed candidior, gracilior, basi tenuatior; laminae quidem stipiti affusae et rudius dispositae, sed albentiores; stipes quidem superne in pileum totum, vel saltem ejus medium crasse diffunditur, sed fere usque ad pileum in media sua medulla cavus dehiscit.

Specimen unum ex depictis pertinet ad proceriores fungos, quos non inveni in varietate secunda.

Icones.

a. Fungus procerior pileo umbonato, flavente, in margine, qui humiditate spontanea in membranam corneam commutatur, striato.

b. Fungus parvus, adhuc niveus totus, pileo peltato, ut sequentes.

c. Similis, praecipue margine pilei flavofuscescens.

d. Minutus, pileo flavo, margine, solum ultra stipitis capitulum dependente, crispato.

e. Fungus major a. dissectus. Laminae, ut in varietate α. interdum obvenit, plicato-rugosae.

f. Minor dissectus. Stipes ut in praecedente cavus.

den Keimes, und durch den Hutrand, der nachher feucht und gestreift wird, und zuletzt in eine hornartige Haut verhärtet.

Gleichwol sind die gegenwärtigen Schwämme von der zweyten Abänderung verschieden. Der Stiel ist bey ihnen schneeweiß, glanzlos, fast seidenartig, zwar ohne Ring, aber weißer, dünner und am Grunde verschmälert; die Blättchen verliehren sich zwar auf dem Stiel, und haben eine vernachlässigte Vertheilung, aber sie sind weißer; der Stiel breitet sich zwar oben in den Hut, oder doch in seine Mitte aus, und verdickt ihn, aber fast bis an den Hut ist er inwendig ausgehöhlt.

Das eine von den abgezeichneten Exemplaren gehört schon zu ansehnlichern Schwämmen, als ich bey der zweyten Abänderung nicht gefunden habe.

Abbildungen.

a. Ein größerer Schwamm mit einem in der Mitte erhöhten gelblichen Hute, der durch freywilliges Feuchtwerden an dem in eine hornartige Haut verwandelten Rande gestreift ist.

b. Ein kleiner, annoch ganz hellweißer Schwamm, mit einem knopfförmigen Hute, wie die folgenden.

c. Ein ähnlicher Schwamm, der am Hutrande vorzüglich ins gelbbräunliche fällt.

d. Ein kleiner Schwamm mit einem gelben Hute, dessen Rand, der allein über das Köpfchen herabhängt, gekraust ist.

e. Der größere Schwamm a. zerschnitten. Die Blättchen sind, wie zuweilen bey der ersten Abänderung, mit runzlichen Falten versehen.

f. Ein zerschnittner kleinerer Schwamm, dessen Stiel, wie bey den vorigen, hohl ist.

Digitized by Google

CCI. AGARICUS SANGUINALIS.

Rigidus totus coriaceus, opacus, ochraceo-niveus, maculis obsoletis stipitis crassi, punctis et zonis pilei reflexi, et marginibus lamellarum purpureo-fulvellis.

Haec et duae sequentes species, minime, ut insignis proprietatum numerus prohibet, pro varietatibus habendae, singularem eo jure constituunt in fungis validis familiam, ac bulbosi. Habitus rigidus, fragilis totius, et laminae latiusculae strictae, aequali fere latitudine et marginibus plerumque contiguis procedentes, primo intuitu distinctivam quid, et Madreporis solitariis simile, eis tribuunt.

Praesens fungus, semel tantum inventus, totus siccus, et coriaceo-membranaceus.

Pileus in superficie glabra albens, pallide, et forsan aetate, in ochraceum vergens, sic, ut margine late undato, et rigide aliquoties plicato, forsan demum reflexus. In disco punctis purpureo-fulventibus conspergitur et ideo pallido simili colore imbutus apparet, in medio vero et una alteraque zona marginali color hic saturatior. Margo ipse niveus pubescens. Pilei moles crassa, in medio cum stipite confluens, licet sensim versus marginem tenuatior, tamen semper farta, nisi in extimo et angustissimo margine involuto et membranaceo.

Stipes

201. Der blutfleckige Fleischschwamm.

Ein steifer, ganz lederartiger, undurchsichtiger Schwamm, von hellweißer etwas ocherartiger Farbe, der auf dem dicken Stiel nebliche Flecken, auf dem zurückgeschlagnen Hute Punkte und Bänder, auf den Blättern aber Ränder von einer rothbraunen Purpurfarbe besitzt.

Diese und die beiden folgenden Arten, welche nach der Menge ihrer besondern Eigenschaften keinesweges für Abänderungen zu halten sind, machen mit eben dem Recht, als die knolligen Arten, eine besondre Abtheilung unter den Fleischschwämmen aus. Das steife und spröde Ansehen des Ganzen, die breiten starren Blättchen, die mit einer beinahe gleichen Breite und meist geraden Rändern am Hute fortgehen, geben diesen Schwämmen einen besondern Ausdruck, der dem in den einfachen Sterncorallen sehr ähnlich ist.

Der gegenwärtige Schwamm, den ich nur einmal gefunden habe, ist ganz trocken, und von einer häutigen, lederartigen Beschaffenheit.

Der Hut ist auf seiner glatten Oberfläche weiß, erst mit dem Alter scheint er ocherartig, und endlich mit dem breit gewellten, einigemal steif gefalteten Hutrande rückwärts aufgeschlagen zu werden. Er hat eine blasse, purpurartig rothbraune Farbe, von den Punkten, die den größten Theil seiner Fläche bedecken, welche Farbe aber in der Mitte, und in ein oder zwey Bändern am Rande, gesättigter ist. Der Rand selbst ist hellweiß, und filzig. Die Masse des Hutes ist dick, fließt in der Mitte mit dem Stiel zusammen, und bleibt immer noch von beträchtlicher Stärke, wenn sie gleich von der Mitte an gegen den Rand immer mehr abnimmt. Nur der äußerste schmale Rand ist häutig und eingerollt.

Der

Digitized by Google

Stipes etiam erga crassum latumque pileum validus, basi fusiformi-bulbosus, subpruinato-tomentosus, niveus, hinc inde rubore purpureo-fulvo superfusus.

Laminae elongatae, marginem pilei versus sensim in parvam latitudinem angustatae, pone lentius vel citius terminatae, majores ipsi stipiti adnatae. Color earum albo-ochraceus, in propriis marginibus, lateribusque aëri magis expositis sanguineo-fulvescens. Ordine quadruplici digeruntur. Majorum circiter 80.

Substantia solo in pileo carnosa farta, reliquum fibrosa solida, nivea, in aliqua distantia a lamellis et pilei superficie, ut etiam in medio et basi stipitis, si post dississionem in aëris contactum venit, aliquo tempore praeterlapso, etiam rubore, huic fungo peculiari, afflatur.

Legi exemplar depictum, icone hac dimidio suo amplius, in sylvula Welmse inter fruticeta die 30. Octobris 1788.

Icones.

a. Fungus integer, in pileo punctatus et zonatus.

b. Idem, dissectus, monstrans margines lamellarum purpureos, et corticem quasi interiorem, jam ab aëris contactu erubescentem.

Der Stiel ist selbst im Verhältniß gegen den dicken und breiten Hut noch stark, am Grunde mit einem spindelförmigen Knollen versehen, reifartig-filzig, hellweiß, und hin und wieder mit einer braunrothen Purpurfarbe blaß angelaufen.

Die Blättchen sind verlängert, werden nach und nach gegen den Hutrand zu schmäler, am innern Ende aber schneller oder langsamer abgestumpft, und die größern heften sich an den Stiel an. Die Farbe der Blättchen ist weiß ocherartig, und sowohl auf den Rändern derselben, als auf denen der Luft mehr ausgesetzten Seiten dunkel blutroth. Die Blättchen sind in der Länge vierfach verschieden. Von den größern zählt man ungefähr 80.

Das Wesen ist blos im Hute derb und fleischig, übrigens aber zwar dicht, doch faserig, und von weißer Farbe. Einige Zeit, nachdem der Schwamm zerschnitten, und sein Wesen der freyen Luft ausgesetzt worden, läuft dasselbe in einiger Entfernung von der Oberfläche des Hutes, auch in der Mitte und im Grunde des Stieles mit derjenigen Röthe an, die schon bey dem ganzen Schwamme bemerkt worden ist, und ihn so sehr unterscheidet.

Das hier abgemahlte Beyspiel war noch um die Hälfte größer, als diese Vorstellung. Ich fand es in der Welmse im Gebüsch, am 30. October 1788.

Abbildungen.

a. Der ganze Schwamm, mit dem punktirten und mit Bändern eingefaßten Hute.

b. Derselbe, zerschnitten. Man bemerkt an ihm die purpurfarbnen Ränder der Blättchen, und die Röthe, womit gleichsam die innere Rinde des Schwamms bey Berührung der Luft angelaufen ist.

Digitized by Google

CCII. AGARICUS LIVIDO - RUBESCENS.

Rigidus, fragilis, medullosus, lactescens; cinereo - lividus, pileo obsolete fusco - maculato, stipite albentiore, laminis pallidissime flaventibus.

Habitu et mutabili substantiae colore, non vero, sic ut sequens, textura praecedenti similis. *Lac* plorat e laminis pertusis niveum, minus frequens e stipite.

Pileus foveatus, maxima parte suae latitudinis sursum reflexus, margine extimo rerum fornicato inflexus, non nitens, tamen glaber, sub - udus, superficie viscidus, cinereo - fulvellus, fulvo colore vix in cinereo manifesto. Pilei massa tota satis erga stipitem, qui in medio pileo depressum umbonem format, tenuata, et ipsa versus marginem aequaliter fere in membranaceam tenuitatem decrescens.

Stipes superficie sub - opacus, nitoris expers, et visciditatis, subcarneo - albus, lenissime lurido pilei colore infectus, intus medullose et laxe excavatus.

Laminae strictae, integrae elongatae, pone plerumque convexo - obtusatae, albae, lenissime flaventes, variis ordinibus alternantes, majores circiter 50 — 60.

Substantia laxa, medullosa, quasi tomentoso - lanata; alba vel nivea, contactu acris una cum marginibus lamellarum adhaerentibus, et quidem praecipue corticaliter purpurascens, violascens demum.

202. Der veränderliche graue Milchschwamm.

Ein steifer, spröder, markiger, und milchender, grau - misfarbiger Schwamm, mit einem unscheinbar braungefleckten Hute, einem weißlichern Stiele, und sehr blassen, gelblichen Blättchen.

Das äußere Ansehen, und die veränderliche Farbe des Wesens, nicht aber das innere Gewebe, nähert sich dem vorigen. Aus den verletzten Blättchen, weniger aus dem Stiele, trieft eine weiße Milch.

Der Hut ist vertieft, mit dem größten Theile seiner Fläche aufwärts zurückgeschlagen, am äußersten Rande aber mit einer Wölbung herabgebogen. Seine Oberfläche ist eben nicht glänzend, aber glatt, etwas feucht und klebrig, schattet, nur ein wenig ins braunrothe schielend. Die Masse des Hutes ist gegen den Stiel, welcher in der vertieften Mitte desselben eine gedrückte Erhöhung macht, immer sehr dünn, und doch wird sie noch außerdem gegen den Hutrand zu gleichförmig dünner, und zuletzt einer Haut ähnlich.

Der Stiel ist auf der Oberfläche glanzlos, weder klebrig, noch durchsichtig, fleischfarbigweiß, etwas von der unscheinbaren Farbe des Hutes angelaufen, inwendig markig und locker ausgehöhlt.

Die Blättchen stehen steif, sind geradrandig verlängert, am innern Ende meist rundlich abgestumpft, weiß, äußerst blaßgelblich, und in der Länge ungleich verschieden. Der größern sind etwa 50 — 60. vorhanden.

Das Wesen ist locker, markig, gleichsam aus einer filzigen Wolle zusammengesetzt, weiß, oder hellweiß; wenn es von der Luft berührt wird, so läuft es vorzüglich in dem äußern Theile, oder der Rinde, auch in den nahestehenden Blättchenrändern mit einer purpurrothen Farbe an, die zuletzt violetblau wird.

Digitized by Google

Legi hunc fungum fine Septembris 1788. in fruticeto ſylvulae Forſt, inter gramina.

Icones.

a. Fungus integer, lac inter lamellas fundens.

b. Idem diſſectus, in cortice ſtipitis pileique, immo adjacente lamellarum margine ab aëris contactu purpuraſcens.

CCIII. AGARICUS MADREPOREUS.

Rigidus, fragilis, pileo cinereo, fuſco-fibroſo; ſtipite ſolido, niveo, lamellis dilatatis, griſeo-liveſcentibus.

Forma varia, habitus priorum.

Pileus, etiam maxima parte reflexus et foveatus, umbone parvo ſtipitis carens vel eodem inſtructus, ſuperficie ſiccus, glabro-nitens, vel tantum laevis, colore griſeo, in brunneum vergente imbutus. Decurrunt in eo radiantes et capillares, obſcuriores fibrae, aut pilorum inſtar juxta ſe poſitae, aut per epidermidem ultima aetate in fruſtula transverſalia feceſſam, disjunctae. Haec fruſtula efformabant maculas transverſas ſeriatas et connexas, undatim alternantes, interſtitiis albidioribus pileum rimoſum reddentibus, punctis brunneis, praecipue in margine proprio conſperſis. Pilei margo laxe undatus, in ſpecimine, cujus pileus maculatus erat, dentato-crenatus. Pileus totus tener erga ſtipitem.

Ich fand dieſen Schwamm zu Ende des Septembers 1788. in einem Gebüſch des Forſtes, im Graſe.

Abbildungen.

a. Ein ganzer Schwamm, mit Milchtropfen zwiſchen den Blättchen.

b. Derſelbe, zerſchnitten. Die Rinde des Hutes und Stiels iſt nebſt den anliegenden Blättchenrändern von der Luft purpurroth gefärbt.

203. Der fungitenartige Fleiſchſchwamm.

Ein ſteifer, ſpröder Schwamm, mit einem aſchgrauen, braungeſtricheltem Hute, einem dichten hellweißen Stiele, und breiten Blättchen von einer unſcheinbaren hellgrauen Farbe.

Die Bildung des Schwammes iſt ſehr ungleich, das äußere Anſehen aber wie bey den vorigen.

Der Hut iſt auch vertieft, mit dem größten Theile zurückgeſchlagen, und hat in der Mitte eine vom Stiel entſtehende Erhöhung, oder nicht. Seine Oberfläche iſt trocken, glänzendglatt, oder nur geebnet, von hellgrauer, etwas ins tiefbraune ſchielender Farbe. Auf derſelben laufen dunklere, haarförmige, ſtrahlende Faſern weg, die entweder wie Haare neben einander liegen, oder wenn die Oberhaut bey ältern Schwämmen in queerliegende Stücke zerreißt, von einander getrennt ſind. Dieſe Stücke bilden queerliegende an einander gereihte und zuſammenhängende Flecken, die gleichſam wellig mit einander abwechſeln, den Hut durch die weißern Zwiſchenräume rizig darſtellen, und ſelbſt, beſonders auf ihren eignen Rändern, mit tiefbraunen Punkten beſtreut ſind. Der Hutrand iſt ſchlaff gewellt, und in dem Exemplar, deſſen Hut fleckig war, erſchien er zähnig gekerbt. Der ganze Hut iſt dünn, im Verhältniß gegen den Stiel.

Digitized by Google

Stipes varie elongatus, superficie fibrosus et pruinatus, infera dimidia parte paullo crassior, in basi iterum decrescens.

Laminae valde dilatatae, duplo tantum longitudine latitudinem superantes, oblongae, pone obtusatae, majores fere quadratae, in stipitem decurrentibus acutis striis definunt, licet ipsae non in stipite decurrant, sed solum supremae ejus parti, in pileum diffusae adnectantur. Color laminarum e pallide - ochraceo in lividum vergens, obsoletus, pallens, in margine lamellarum leniter, forsan ob humiditatem, olivascens, et laminarum in fungo integro conspectarum colorem griseo - coerulescentem, a pileo et stipite tam diversum, producens. Ordine triplici, eoque alternant, ut secundi ordinis lamellae sint parvae, tertii vero et eximi sint minutae. Interdum laminae in margine supero rugulis parvis connectuntur. Majores circiter 60.

Substantia nivea, solida, in stipite densa fibrosa, et stipata.

Legi fungos fine Septembris 1788. in pineto ante sylvulam Forst.

Icones.

a. Fungus integer, pileo maculato, stipite obeso, leniter ochraceo colore infecto.

b. Idem dissectus.

c. Alius, integer, pileo fibroso, stipite elongatiore, basi byssо niveo obvelato.

CCIV.

Der Stiel ist verschieden verlängert, auf der Oberfläche gestrichelt und bereift, am untern Theile etwas verdickt, und gegen den Grund wieder verschmälert.

Die Blättchen sind sehr breit, indem ihre Länge nur noch einmal so viel beträgt, als die Breite; sie sind länglich, und am innern Ende abgestumpft. Die größern Blättchen haben fast eine viereckige Form, und wenn sie gleich nicht selbst an dem Stiel herablaufen, sondern blos an den Theil des Stiels, der sich in den Hut verliert, anfügen, so gehen doch von ihnen scharfe Streifen an dem Stiele herab. Die Farbe der Blättchen fällt aus dem blaß ocherfarbnen in eine Bleyfarbe, ist blaß, unscheinbar, und nur am Rande der Blättchen, wahrscheinlich von mehrer Feuchtigkeit, etwas olivengrünlich, und so vermuthlich die Ursache der graublaulichen Farbe, die die Blättchen zeigen, wenn man sie am ganzen Schwamme betrachtet, und welche vom Hut und Stiele so sehr verschieden ist. Die Länge der Blättchen ist dreyfach verschieden, und zwar so, daß die mittlern Blättchen klein, die äußersten aber noch kleiner und unbeträchtlich sind. Zuweilen werden die Blättchen am obern Rande mit kleinen Runzeln verbunden. Der größern zähle ich etwa 60.

Das Wesen ist hellweiß, dicht, im Stiele faserig und derb.

Ich fand diese Schwämme zu Ende des Septembers 1788. im Kiefernwäldchen vor dem Forst.

Abbildungen.

a. Ein ganzer Schwamm mit einem fleckigen Hute, und einem dicken etwas ocherfarbig angelaufnen Stiel.

b. Derselbe zerschnitten.

c. Ein andrer, ganzer Schwamm, dessen Hut faserig gestrichelt ist, dessen Stiel mehr verlängert, und am Grunde in eine weiße Wolle eingehüllt ist.

Digitized by Google

CCIV. AGARICUS SUBINVOLUTUS.

Fartus, pileo testaceo, margine arcte involuto, stipite pallidiore, obsolete rugis elatis venoso, laminis latiusculis pileo concoloribus.

Varietas esset fungi involuti LXI. cui admodum habitu accedit, nisi laminae latiores, obscurae, distinctae, crassities pilei, et colores partium totius fungi differrent. Similis vero est *A. involuto*, crenato et involuto margine pilei, proportione et habitu totius stricto, stipite basi obsolete venoso, versus lamellas tomentoso.

Pileus subfoveatus et subobliquus, margine exteriore deflexus, extimo inferne demum arcte involutus, superficie glaber, et margine convexo, citius attenuato, excepto, fere totus constans e stipitis crassi terminali dilatatione, stipitis crassitiem non multum excedente.

Stipes validus strictus, rudis, superficie subaequalis, nitoris expers, rugis obliquis coalescentibus in infera parte obductus, paullulum elatis, sed primum crebro contactu clarioribus; superne versus lamellas tomentosus. Color magis in carneum vergit. Basis obtusa terrae innascitur.

Laminae elongatae longiores, sensim stipiti affusae; secundi ordinis oblongae, pone oblique truncatae, una cum prioribus integrae, pileo parallelae; tertii ordinis marginales minutae, oblongae, inferne convexae. Omnes nec ultra modum angustatae, nec coalescentes.

204. Der umgerollte Fleischschwamm.

Ein voller fleischiger Schwamm, mit einem topfartigen Hute, einem blassern mit unscheinbaren erhobnen Runzeln geaderten Stiele, und breiten Blättchen von der Farbe des Hutes.

Ich würde ihn für eine Abänderung des eingerollten Fleischschwammes N. 61. halten, dem er auch im Ansehen sehr nahe kommt, wenn er nicht breitere, dunkle, von einander unterschiedne Blättchen, einen dickern Hut, und eine andre Färbung hätte. Sonst ist er ihm gleich in dem gekerbten und eingerollten Rande, in dem Verhältniß und steifen Ansehen des Ganzen, auch im Stiel, der unten undeutlich geadert, oben aber filzig ist.

Der Hut ist etwas schief und oben vertieft; sein Rand ist herabgebogen, der äußerste Rand aber sehr eng zusammengerollt. Er hat eine glatte Oberfläche, und den runderhabnen Rand ausgenommen, welcher merklicher abnimmt, besteht er fast ganz aus der obern Erweiterung des dicken Stiels, die jedoch denselben an Stärke nicht sehr übertrifft.

Der Stiel ist stark und steif, nachlässig gebildet, hat eine ziemlich gleiche, glanzlose Oberfläche, welche mit schiefen aneinander stossenden, nur wenig erhobnen, und nach öfterer Berührung deutlichern Runzeln am untern Theile überzogen, am obern aber gegen die Blättchen zu filzig ist. Die Farbe fällt mehr ins fleischröthliche. Der Stiel ist mit dem stumpfen Unterende in die Erde eingesenkt.

Die gröbern Blättchen sind verlängert, und fließen sanft mit dem Stiel zusammen; die Blättchen der zweyten Ordnung sind länglich, hinten schief abgestutzt, wie die vorigen geradrandig, und eben so mit dem Hute parallel; die Blättchen der dritten Ordnung, die am Rande stehen, sind sehr klein, länglich, und unten rundlich. Alle Blättchen sind weder sehr verengert, noch fließen sie unter sich zusammen.

Digitized by Google

Subſtantia pallida, vix in colorem ochraceo-liveſcentem vergens, medulloſa, ſolum in cortice fibroſa, obſcurior, uda.

Legi in ſylvula Rauhethal, fine Septembris 1788.

Icones.

a. Fungus integer, ſtipite venoſo.

b. Idem diſſectus, valde differens ab icone a. 61.

CCV. AGARICUS SUBANTIQUATUS.

Pileo albo, in centro brunneo, reliquum maculis vel nimbis ferrugineis inumo brunneis fucato, ſtipite albo, laevi, elongato, baſi ſubbulboſa, volva lamellisque albis, his ſtipiti approximatis.

Species *Agarico antiquato* El. n. 40. pag. 55. maxime vicina annulo et coloratione, differens parvitate, ſtipitis ſuperficie, lamellarum affixione.

Pileus glaber niveus, diluti ſſime colorem ferrugineum reſplendens. Apex brunneo-ferrugineus, diſcus reliquum tenerrime pruinatus, vel magis minusve floccoſo-ſquamatus, etiam figura varius. Squamae floccoſae, ut in antiquato, ſaepe in ſeriebus transverſis pileum cingunt. Pileus ipſe membranaceus, tener, vix medio firmior.

Stipes fibroſus, canus, pallidiſſime hinc inde carneo-fulvus. Proportio varia eſt, inae-

Das Weſen iſt blaß, und ſchielt kaum in ein mißfarbiges Ochergelb; es iſt markig, blos in der Rinde faſrig, dunkel und feucht.

Ich fand dieſen Schwamm im Rauhethal, zu Ende des Septembers 1788.

Abbildungen.

a. Ein ganzer Schwamm mit dem ubrigen Stiele.

b. Derſelbe, zerſchnitten, wobey ſeine Verſchiedenheit von der Abbildung N. 61, ſehr merklich iſt.

205. Der braunflockige Ringſchwamm.

Ein Schwamm mit einem weißen, in der Mitte tiefbraunen, übrigens mit roſt- ja ſogar tiefbraunen Flecken und Nebeln bedeckten Hute, einem weißen glatten, verlängerten, am Grunde etwas knolligen Stiele, Blättchen, die ſich nahe am Stiele endigen, und, wie der Ring, von weißer Farbe ſind.

Dieſe Art iſt dem ſchwarzflockigen Ringſchwamm (Gatt. und Arten N. 40. S. 56.) in Anſehung des Rings und der Färbung ſehr verwandt, weicht aber in der Kleinheit, der Oberfläche des Stiels, und der Anfügung der Blättchen von ihm ab.

Der Hut iſt glatt, hellweiß, und ſchielt am äußerſt blaß ins Roſtbraune. Der Scheitel iſt roſtfarbig tiefbraun, die übrige Fläche iſt zart bereift, oder mehr und weniger mit flockigen Schuppen beſetzt, und von verſchiedner Bildung. Die Schuppen ſtehen, wie bey dem ſchwarzflockigen Ringſchwamm, oft reihenweis um den Hut, welcher zarthäutig, und kaum in der Mitte etwas verſtärkt iſt.

Der Stiel iſt faſrig geſtrichelt, blaßgrau, und nur hin und wieder mit einer blaßbräunli-

Digitized by Google

inveni enim specimen stipite graciliore, triplo his longiore, in monte Jenzig, ubi etiam *A. antiquatus*, valde diversus, copiose vigebat. Flexio in depictis varia. Intus stipes cavus, basi solida bulbosus.

Annulus mediullosо - furfuraceus, crassus, albus, inferne sub - ferrugineus, margine bilamellatus, superne striatus, initio arrectus, demum dependens, immo caducus. Similis annulus, quasi duplici scala in margine instructus occurrit in *A. antiquato*.

Laminae oblongo - ovales, utroque termino acutae, utroque margine convexae, etiam ochraceo - niveae, margine dense pruinatae, ordine triplici digestae. Majores 35 — 40. termino interiore stipiti quidem non affiguntur, se tamen proxime juxta eum pileo adnectunt, quod non in *A. antiquato*, ubi annulus latus, planus, et distinctissimus ut area nuda in pileo stipitem ambit, et laminas ab eodem removet.

Substantia mediullosо - coriacea, subsicca.

Depictos legi in pineto prope Ziegenhayn, die 30. Septembris, specimen elongatius montis Jenzig autem die 6. Octobris 1788.

Icones.

a. Fungus maculis pilei convexi seriatis, annulo paullo antea a pileo secesso.

b.

chen Fleischröthe angelaufen. Das Verhältniß ist verschieden; auf dem Jenzigberge, wo der schwarzflockige Ringschwamm, der aber sehr davon abweicht, häufig hervorwuchs, fand ich ein Exemplar mit einem dünnen, und dreymal längern Stiele, als bey den hier abgebildeten, bey denen auch die Richtung des Stieles ungleich ist. Der Stiel selbst ist, seinen Wurzelknollen ausgenommen, hohl.

Der Ring besteht aus einem fleyigen Mark, ist dick, weiß, unten etwas rostbraun, oben gestreift, am Rande wie in zwey Blättchen getheilt, steht im Anfang aufrecht, hängt zuletzt herunter, oder fällt gar ab. Ein ähnlicher Ring, der gleichsam zwey Gänge hat, findet sich auch beym schwarzflockigen Ringschwamm.

Die Blättchen sind länglich - eyrund, an beiden Enden spitzig, an beiden Rändern gerundet, ebenfalls hellweiß ins Ocherartige fallend, am Unterrande dicht bereift, und von dreyfach verschiedner Länge. Die 35 — 40. größern werden zwar mit ihrem innern Ende nicht an den Stiel angeheftet, endigen sich aber mit dem Hute dicht an demselben, da hingegen bey dem schwarzflockigen Ringschwamm eine ringförmige deutlich unterschiedene Fläche des Hutes um den Stiel herumgeht, und die Blättchen von ihm entfernt.

Das Wesen ist markig lederartig und etwas trocken.

Die hier abgebildeten Schwämme fand ich in dem Kiefernwäldchen bey Ziegenhayn, am 30. September, aber das verlängerte Exemplar erst am 6. October 1788. auf dem Jenzigberge.

Abbildungen.

a. Ein Schwamm mit einem eben vom Hute abgegangnen Ringe, dessen rund erhabner Hut mit Reihen von Flecken besetzt ist.

b.

Digitized by Google

b. Alius pileo non maculato, annulo jam tabido.

c. Alius pileo squamoso-maculato, annulo caduco.

d. Fungus a. dissectus. Laminae proxime juxta stipitem terminantur.

CCVI. AGARICUS CINEREO-RIMOSUS.

Pileo fusco-griseo, pruinato, saepe alborimoso, stipite sericeo-fibroso, niveo, inferne decrescente, laminis latis, laxis, pone obtusatis, albentibus.

Licet faciem monstrosae vel depauperatae progeniei ferant hi fungilli, tamen ad propriam speciem esse amandandas credo. Plures alias majores, non vero depictas et descriptas, inveni species, pileo rimoso gaudentes, quarum specimina simili modo erant difformia.

Pileus forma admodum diversus, rudis et laxus, obtuse convexus et inaequaliter pulvinatus, in medio a stipite sustentatus, ad latera membranaceus. Superficies grisea, leniter in brunneum vergens, subpruinata, saepe in centro saturatius tincta, et plus vel minus rimosa, rimis inter frusta cuticulae discessae albidioribus.

Stipes paullo abbreviatus, tamen gracilis, praecipue basin versus attenuatior. Superficies sericeo-nitens subfibrosa. Intus omnes stipites fungorum, quos vidi, larvis exesi, nec substantia determinandi erant.

Lami-

b. Ein andrer ungefleckter Schwamm mit einem bereits welken Ringe.

c. Ein Schwamm mit einem fleckig geschuppten Hute, und einem bereits abgefallnen Ringe.

d. Der Schwamm, der bey a. bemerkt wurde, zerschnitten. Die Blättchen endigen sich dicht am Stiel.

206. Der graue ritzige Lederschwamm.

Ein Schwamm mit einem braungraulichen, bereiften, oft weißritzigen Hute, einem seidenartig gestrichelten, hellweißen, unten verdünnten Stiele, und breiten, schlaffen, hinten abgestumpften, weißlichen Blättchen.

Ob diese Schwämme gleich das Ansehen haben, als wenn sie ausgeartet oder verkümmert wären, so glaube ich doch, daß sie eine eigne Art ausmachen. Ich habe mehrere größere, aber von mir noch nicht gezeichnete und beschriebne Arten gefunden, deren Beyspiele eben so misgestaltet, und mit ritzigen Hüten versehen waren.

Der Hut hat eine sehr verschiedne, vernachlässigte, und schlaffe Bildung, ist stumpfrund erhaben, und ungleich gepolstert, wird in der Mitte nur vom Stiele unterstützt, und ist an den Seiten häutig. Die Oberfläche ist blaugrau, etwas ins tiefbraune fallend, bereift, in der Mitte oft dunkler gefärbt, mehr oder weniger ritzig, und in den Ritzen, wo die Haut aus einander gegangen ist, weißer.

Der Stiel ist etwas verkürzt, aber schlank, und besonders gegen das Unterende verdünnt. Die Oberfläche ist seidenartig glänzend, und etwas fasrig gestrichelt. Inwendig waren die Stiele bey allen Schwämmen, die mir zu Gesicht kamen, von Maden zerfressen, und ich konnte ihr Wesen daher nicht bestimmen.

Die

Digitized by Google

Laminae albae in colorem griseo - fuscum vergentes, latae, laxae, oblique subtruncatae, leviter undulatim flexae, vel interdum plicis lateralibus cohaerentes inveniuntur. Majorum occurrunt circiter 30.

Legi haec specimina in sylva frondosa montis Jenzig die 6. Octobris 1788.

Icones.

a. Fungus pileo cucullato lobato.

b. Alius pileo planatiore, etiam qua partem tantum rimoso. Basi terrae adhaeret, ut in sequentibus.

c. Alius pileo toto rimoso.

d. Parvus, rimis pilei primum exorientibus.

e. Fungus b. dissectus.

CCVII. AGARICUS MARGINATUS.

Pileo ochraceo - subferrugineo, glabro; margine angustissimo extimo ultra laminas prominulo membranaceo, stipite fibrilloso, livido - ochraceo, basi niveo, superne annulo fugaci cincto, laminis ochraceo - ferrugineis.

Fungus polymorphus, tamen in prima et media aetate forma et margine pilei, annulo et stipitis superficie constans.

Die Blättchen sind weiß, und fallen etwas in eine braune blaulich graue Farbe, sind breit, schlaff, schief gestutzt, leicht wellig gebogen, oder zuweilen durch seitwärts gehende Runzeln verbunden. Von den größern findet man etwa 30.

Die gegenwärtigen Schwämme wuchsen in einem Laubholze des Jenzigberges. Ich fand sie am 6. October 1788.

Abbildungen.

a. Ein Schwamm mit einem kappenförmigen und gelappten Hute.

b. Ein andrer mit einem flachern Hute, der auch, aber nur zum Theil, mit Ritzen versehen ist. An seinem Unterende hängt noch etwas Erde, wie bey den folgenden.

c. Ein Schwamm mit ganz ritzigem Hute.

d. Ein kleiner Schwamm, dessen Ritze erst zu entstehen anfangen.

e. Der bey b. bemerkte Schwamm, zerschnitten.

207. Der zartgerändete Lederschwamm.

Ein Schwamm mit ocherartigem etwas rostbraunen glatten Hute, dessen äußerster sehr schmaler häutiger Rand noch über die Blätter hinausgeht; einem faserig gestrichelten Stiele, der miesfarbig ochergelb, unten hellweiß, und mit einem vergänglichen Ringe versehen ist; seine Blättchen sind ocherartig rostbraun.

Diese Schwämme haben eine sehr veränderliche Bildung, doch ist in ihrem ersten und mittlern Alter die Form und der Rand des Hutes so wie der Ring und die Oberfläche des Stiels beständig.

Digitized by Google

Pileus opacus, ſiccus, ſuperficie alutaceo-glabra, ochraceus, in ferrugineum colorem vergens. Initio forma eſt convexus, ſubventricoſus, depreſſus, leniter umbonatus, inferne ſubconſtrictus, et margine recta dependente, plus minuſve lacero cinctus. Margo hic membranaceus ſemper longitudinem lamellarum excedit, easque non affligit, plerumque corneo-pellucidus varie flexus et fiſſus. Antea cum annulo ſtipitis cohaerebat.

In adultis pileus forma conica aut explanata variat. Color pilei initio interdum ſolum a majori humiditate fuſco-ferrugineus. Pileus membranaceus ſolum in medio ubi ſtipiti inſiſtit, craſſior eſt.

Stipes elongatus, paullo tantum inferne firmior, varie flexus, baſi foliis aceroſis et muſcis implicatus, byſſoque denſo niveo obvelatus, inferne ſupra baſin ſubtumidus, obſcurior, quaſi fibris ſiccis ochraceis conſperſus, ſupra annulum autem quaſi furfuroſus.

Annulus in nonnullis ſpeciminibus deciduus, corneo-papyraceus, ſuperficie infera ochraceo-tomentoſus, ſupera ferruginea pruina obductus, interdum etiam ſtriatus.

Laminae latiuſculae, marginem verſus anguſtatae, duorum minorum ordinum oblongae, inferne convexae, tertii majoris vero inferne excavatae, pone truncatae. Exterius ſolum marginem corneum pilei attingunt, non ei affiguntur. Majores circiter 30. interne facile a ſtipite ſecedunt, cui in tenera aetate adhuc aſſidebant.

Sub-

Der Hut iſt undurchſichtig, trocken, hat eine zartlederige glatte Oberfläche, und eine ochergrartige etwas roſtbraune Farbe. Im Anfang hat er eine runderhabne, etwas bauchig gedrückte, leicht in der Mitte erhobne Bildung; unten iſt er wie zuſammengeſchnürt und mit einem mehr oder weniger zerſchlitzten gerad herabhängenden Rande eingefaßt. Dieſer häutige Rand geht immer über die Länge der Blättchen hinaus, beſtet ſelbige nicht an ſich an, iſt mehrentheils hornartig durchſichtig, und von verſchiedner Beugung und Spaltung. Vorher hing er mit dem Ringe des Stiels zuſammen.

Bey den ältern Schwämmen iſt der Hut bald kegelförmig, bald flach. Die Farbe des Hutes iſt im Anfang zuweilen blos von mehrerer Feuchtigkeit dunkel roſtbraun. Der Hut iſt häutig und nur in der Mitte, wo er auf dem Stiele aufſitzt, etwas dicker.

Der Stiel iſt verlängert, unten nur etwas ſtärker, verſchieden gebogen, am Grunde in Mooſe und Nadeln verwickelt, und mit einem hellweißen Filze umgeben, über dem Grunde etwas angeſchwollen, dunkler gefärbt, und wie mit trocknen ochergelben Faſern beſtreut; über den Ring ſelbſt aber gleichſam mit Kleye überdeckt.

Der Ring, welcher bey einigen Exemplaren abfiel, war hornfarbig papierartig, auf der untern Fläche ocherartig filzig, auf der obern mit einem roſtbraunen Reife überzogen, und auch zuweilen geſtreift.

Die Blättchen ſind etwas breit, und gegen den Hutrand verſchmälert; die zwey kürzern Arten ſind länglich, unten gerundet, die längern hingegen ſind unten ausgehöhlt und hinten geſtutzt. An der äußern Seite des Hutes berühren ſie blos den hornartigen Rand, ſetzen ſich aber nicht an ihm feſt. Die 30. größern Blättchen ſondern ſich am erwachſenen Schwamm leicht mit dem innern Ende vom Stiele ab.

Der

Substantia mollis, ficca, magis ſtupoſa et denſa quam fibroſa, in pileo et ſupera parte ſtipitis cavi albens, inferne fuſco-ferruginea.

Legi fungos copioſos in ſylvula montis Landgraf die 16. Octobris 1788.

Icones.

a. Fungus pileo vix evoluto adhuc annulo approximato.

b. Bini alii margine pilei lacero, annulis remotis, corneis.

c. Alius margine pilei conſtricto, ut in ſequenti, annulo ſuperne ſtriato.

d. Alius annuli infernam monſtrans paginam.

e. Fungus diſſectus, laminis a ſtipite diſceſſis.

f. Adultus, pileo conico.

g. Adulti bini, pileis planatis, flexi.

CCVIII. AGARICUS MUTABILIS.

Pileo depreſſo-conico, luteſcente, ſtipite livido, fuſco vel fulvello, fibrilloſo, inferne obſcuriore, ſuperne annulo floccoſo inſtructo, lamellis fuſcoferrugineis.

Etiam variabilis, ut praecedens, differens laminis, margine pilei, et annulo ſtipitis floccoſo.

Das Weſen iſt weich, trocken, mehr verwickelt und dicht, als faſrig, in dem Hute und dem Obertheile des hohlen Stieles weiß, unten aber dunkel roſtbraun.

Ich fand dieſe Schwämme in dem Wäldchen auf dem Landgraf am 16. October 1788. in Menge.

Abbildungen.

a. Ein Schwamm mit einem kaum entwickelten Hute, der noch an den Ring anſtößt.

b. Zwey andre mit zerrißnen Huträndern, und hornartigen von den Hüten entfernten Ringen.

c. Ein Schwamm, deſſen Hutrand, wie bey dem vorigen, zuſammengeſchnürt iſt, mit einem oben geſtreiften Ringe.

d. Ein Schwamm, welcher die Unterfläche des Ringes zeigt.

e. Ein zerſchnittner Schwamm, deſſen Blättchen ſich vom Stiele getrennt haben.

f. Ein erwachſner Schwamm, mit einem kegelförmigen, und

g. Zwey ſolche mit flachen Hüten, und gebognen Stielen.

208. Der veränderliche Lederſchwamm.

Ein Schwamm mit einem kegelförmigen niedergedrückten goldgelben Hute, einem misfarbigen, braunen oder braunröthlichen, geſtrichelten, unten dunkeln, oben mit einem flockigen Ringe verſehenen Stiele, und dunkel roſtfarbigen Blättchen.

Dieſer Schwamm iſt auch veränderlich, wie der vorige, unterſcheidet ſich aber von ihm durch die Blättchen, den Hutrand, und den flockigen Ring.

Digitized by Google

Pileus conico-depressus, membranaceus, sed medio a stipitis termino in umbonem confluentem elatus, in aliis pallide sulphureus, superficie integer, in aliis luteus, superficie, praesertim umbonis, pustulosa. In utraque varietate circa umbonem est humentior, et colore ferrugineo obscuratus. Demum margine sursum reflectitur.

Stipes varie elongatus, magis in varietate pileo glabriore. Semper basi humentior et obscurior; totus fibrillis ficcioribus consperſus, superne instructus annulo angusto fugaci floccoso-furfuraceo. Basi stipes ut in pluribus fungis tenerioribus ad latus flectitur.

Annulus floccoso-ferrugineus, subniveo-marginatus.

Laminae elongatae, versus pilei marginem, quem totum attingunt, angustatae, minores inferne convexae, reliquorum duorum ordinum pone truncatae, majores facile truncatura sua a stipite, ut in priore, recedentes.

Subſtantia pilei in umbone subalbens, supra laminas vero, ut in toto stipite cavo, fuscescens.

Legi fungillos eodem loco cum praecedentibus, sed paullo prius.

Icones.

a. Fungus gracilis, pileo laevi, ut sequens.
b. Alius similis, validior.
c. Fungus pileo pustuloso, cute supra annulum sursum, in annulo deorsum revoluto-squarrosa.

d.

Der Hut ist kegelförmig niedergedrückt, in der Mitte von dem Ende des Stiels in einen Hügel erhoben, der mit dem übrigen zusammenfließt; er hat bey einigen eine blasse schwefelgelbe Farbe und ist glatt, bey andern, deren Fläche, besonders in der Mitte blasig ist, wird die Farbe goldgelb. Bey beiden Abänderungen ist der Hut um die Mitte feuchter, und rostfarbig verdunkelt. Zuletzt biegt sich der Hutrand zurück.

Der Stiel ist verschieden verlängert, am meisten in der Abänderung mit glattem Hute. Am Grunde ist er immer dunkler und feuchter, übrigens ganz mit trockneren Fasern bestreut, und oben mit einem schmalen vergänglichen flockig-kleyigen Ringe versehen. Der Grund des Stieles ist, wie bey mehrern zarten Schwämmen, seitwärts gebogen.

Der Ring ist rostfarbig, flockig, und hat gleichsam einen hellweißen Rand.

Die Blättchen sind verlängert, und gegen den Hutrand, den sie gänzlich erreichen, verschmälert; die kleinern sind unten rundlich, die zwey längern Arten aber sind hinten geſtutzt, und die größten gehen eben so leicht, wie bey der vorigen Art, von dem Stiele ab.

Das Wesen des Hutes ist in seiner mittlern Erhöhung weiß, über den Blättchen aber, so wie im ganzen ausgehöhlten Stiele, bräunlich.

Diese Schwämmchen fand ich an demselben Orte, wo die vorigen wuchsen, aber etwas früher.

Abbildungen.

a. Ein schlanker Schwamm, mit einem glatten Hute, wie der folgende.
b. Ein ähnlicher, aber stärkerer Schwamm.
c. Ein Schwamm, mit einem blasigen Hute, und einem Stiel, dessen Haut über dem Ringe aufwärts, im Ringe selbst aber rückwärts und sparrig gerollt ist.

d.

Digitized by Google

d. Similis, annulo floccoſo.

e. Fungus c. diſſectus.

CCIX. AGARICUS TREMULANS.

Pileo ochraceo, ſubferrugineo, convexo, glabro, ſtipite elongato, torto, ſubbulboſo, concolore, glabro, baſi fulvello, laminis latis carneo-albentibus.

Fungus gracilis tremulus, cum ſequente *Agarico tremulo* CIV. accedens, ſed ab utrisque diverſus.

Pileus convexus, vel depreſſo-campanulatus, valde erga ſtipitem gracilem altus et dilatatus, alutaceus in ſuperficie et ſubſiccus, ochraceo-carneus, pallens, leniter in ſulphureum, et, praecipue medio, plerumque in ferrugineum vergens. Media depreſſa pars pilei carne craſſa gauder, deflexa exterior eſt membranacea. In vertice umbo interdum elevatur.

Stipes opacus, etiam glaber et concolor, baſi ſubbulboſus, deorſum ferrugineo-fulvens, et ſaturatius carneus. Superne cum pileo confluit.

Laminae dilatatae, laxae, leviter plicatae, duorum vel trium ordinum, minorum oblongae, inferne convexae, tertii vel quarti longiſſimi vero inferne excavatae, pone truncatae, et ſoli pileo affixae, circiter 30 — 35. Lamellarum latitudine fungus ab affinibus differt.

Sub-

d. Ein ähnlicher Schwamm mit flockigem Ringe.

e. Der bey c. bemerkte Schwamm, zerſchnitten.

209. Der gelbliche ſchlanke Lederſchwamm.

Ein Schwamm mit einem ocherfarbnen, etwas roſtbraunen, runderhabnen, glatten Hute, einem verlängerten, gedrehten, glatten, gleichfarbigen, und nur am etwas knolligen Grunde braunröthlichen Stiele, mit breiten, weißen, fleiſchröthlichen Blättchen.

Der ſchlanke zitternde Schwamm kommt, mit dem folgenden, dem fleiſchfarbigen ſchlanken Lederſchwamm N. 104. ſehr nahe, iſt aber von beiden verſchieden.

Der Hut iſt rund erhaben, oder niedergedrückt glockenförmig, gegen den ſchlanken Stiel ſehr breit und hoch, hat eine zartlederige und etwas trockne Oberfläche, eine blaſſe, ocherartige Fleiſchfarbe, die gelind ins ſchwefelgelbe, und meiſt, vorzüglich in der Mitte, ins roſtfarbige fällt. Der mittlere niedergedrückte Theil des Hutes hat ein dickes Fleiſch, der äußere herabhängende aber iſt häutig. In der Mitte des Hutes zeigt ſich zuweilen eine Erhöhung.

Der Stiel iſt undurchſichtig, auch glatt, und von gleicher Farbe mit dem Hute, am Grunde etwas knollig, und gegen den untern Theil von einer geſättigtern Fleiſchröthe, oder einer rothbräunlichen Roſtfarbe. Oben fließt er mit dem Hute zuſammen.

Die Blättchen ſind breit, ſchlaff, leicht gefaltet, und ſtehen in zwey bis drey Abtheilungen, von kürzerer Art, welche länglich und unten gerundet ſind; die dritte oder vierte Art enthält Blättchen, die unten ausgeſchweift, hinten abgeſtumpft, blos an den Hut angeheftet ſind, und wovon ſich 30 — 35. im ganzen Hute befinden. Die Breite der Blättchen un-

Digitized by Google

Subſtantia in pileo laminis concolor, carneo-albens, leniter in ochraceum vergens, paullo albidior, in ſtipite toto ſimilis, at, ut ego inveni, ibidem cava, larvis exeſa.

Legi plura ſpecimina, in pineto ante ſylvulam Forſt, die 4. Octobris, 1788.

Icones.

a. Fungus major umbonatus.

b. Alius, minor, pileo convexo.
c. Fungus a. diſſectus.

CCX. AGARICUS DISPAR.

Pileo pallide carneo, ſtipite elongato, gracili, hirſuto, cinereo-fulvo, intus cavo, laminis anguſtis, pileo concoloribus, eique ſoli adnatis.

Similior hic fungus *tremulo*, ſed differens colore et ſuperficie ſtipitis.

Pileus varius umbonatus, conicus vel convexus, laxus, leniter plicatus vel undulatus, a tenero margine verſus medium ſenſim craſſeſcens, albeſcens, ochraceo-carneus, pallens.

Stipes baſi et apice paullo craſſior, violaceo-fulvus, totus denſa et pallidiore hirſutie obſitus, pileum ſolum ſuſtentans.

Lami-

terſcheidet dieſen Schwamm von ſeinen Verwandten.

Das Weſen hat im Hute die Farbe der Blättchen, iſt weißlich-fleiſchroth, blaß ins ocherfarbne fallend, aber noch etwas weißlicher, ſo auch im Stiel, nur war es in denen Schwämmen, welche ich fand, daſelbſt von Maden ausgehöhlt und zerfreſſen.

Ich fand mehrere Exemplare im Kiefernwäldchen beim Eingange des Forſts, am 4. October 1788.

Abbildungen.

a. Ein größerer Schwamm, deſſen Hut in der Mitte erhoben iſt.
b. Ein kleiner mit runderhabnem Hute.
c. Der bey a. bemerkte Schwamm, zerſchnitten.

210. Der braunſtielige ſchlanke Lederſchwamm.

Ein Schwamm mit einem blaß fleiſchfarbnen Hute, einem verlängerten ſchlanken, rauhen, graulich rothbraunen, inwendig hohlen Stiele, und ſchmalen Blättchen, die blos an dem Hute aufſetzen, und mit ihm gleiche Farbe beſitzen.

Dieſer Schwamm iſt zwar dem fleiſchfarbigen ſchlanken Lederſchwamm ähnlicher, weiche aber in Farbe und Oberfläche des Stiels von ihm ab.

Der Hut iſt verſchieden gebildet, in der Mitte erhoben, kegelförmig, oder runderhaben, ſchlaff, leicht gefaltet, oder gewellt, von blaſſer, weißer, ocherartig fleiſchrother Farbe, und nimmt vom zarten Rande gegen die Mitte gleichförmig an Dicke zu.

Der Stiel iſt am obern und untern Ende etwas verdickt, von einer violetten Braunröthe, und ganz mit einer dichten und bläſſern rauhen Wolle bedeckt. Er fließt nicht mit dem Hute zuſammen.

Die

Digitized by Google

Lamînae elongatae, anguſtae, pone obtuſatae, denſe appoſitae, triplici ordine digeſtae.

Subſtantia in pileo pallide carnea, in ſtipite cavo autem obſcurior fulveſcens, ſublateritia.

Legi hunc fungum in pineto prope Ziegenhayn die 30. Septembris 1788.

Iconer.

a. Fungus procerior, pileo umbonato.

b. Fungus minor, pileo convexo.

c. Fungus a. diſſectus.

CCXI. AGARICUS SUBHEPATICUS.

Hepatico-fulvus, pileo convexo foveato, ſtipite gracili, baſi bulboſa alba, cavo, lamînis paucis, latis, in ſtipitem decurrentibus.

Admodum magna ſimilitudo hunc et *Agaricum hepaticum* intercedit, et fere ſola proportio fungos diſtinguit in ſubſtantia, ſuperficie, colore et lamellis convenientes.

Color totius fungi ochraceus, in fulvum plus minus vergens, et quaſi hoc colore nimboſe pruinatus.

Pileus convexus, margine dependens, vertice profunde foveatus, ſuperficie ſubfibroſus, margine prius exſiccante et fulventiore.

Die Blättchen ſind verlängert, ſchmal, hinten abgeſtumpft, dicht an einander geſtellt, und von dreyfach verſchiedner Länge.

Das Weſen iſt im Hute blaß fleiſchfarbig, im hohlen Stiel aber dunkler, braunröthlich, und etwas ziegelroth.

Ich fand dieſen Schwamm in dem Kiefernwäldchen bey Ziegenhayn am 30. September 1788.

Abbildungen.

a. Ein erwachſner Schwamm, mit einem in der Mitte erhobnen Hute.

b. Ein kleinerer, mit rund erhabnem Hute.

c. Der bey a. bemerkte Schwamm, zerſchnitten.

211. Der leberfarbige Lederſchwamm.

Ein leberfarbner Schwamm mit einem runderhabnen in der Mitte vertieften Hute, einem ſchlanken hohlen Stiel mit einem knolligen weißen Unterende, und wenigen breiten, an dem Stiele herablaufenden Blättchen.

Dieſer und der leberfarbige Fleiſchſchwamm, haben die größte Aehnlichkeit mit einander, in Anſehung des Weſens, der Oberfläche, der Färbung und der Blättchen. Faſt nur das Verhältniß unterſcheidet ſie.

Die Farbe des ganzen Schwamms iſt ein Ochergelb, das mehr oder weniger ins rothbraune fällt, und mit dieſer Farbe gleichſam neblig gepudert wird.

Der Hut iſt rund erhaben, hat einen herabhängenden Rand, auf dem Scheitel eine tiefe Grube, eine etwas geſtrichelte Oberfläche, und am Rande, woſelbſt er früher trocken wird, eine mehr rothbraune Farbe.

Stipes

Der

Digitized by Google

Stipes plus vel minus flexus, ascendens, bulbo basseos later li, maxima parte leniter curvata, superne gerens conum inversum lamellatum, pileo tectum.

Laminae strictae, crassae, duorum exteriorum ordinum oblongae, extimi saepe minutae, tertii longiores elongatae, falcatae, in stipitem decurrentes, circiter 12 — 14. in toto fungo, cum intermediis hinc indeque in furcam coalescentes. Color laminarum pallentior stipite pileoque.

Substantia carnosa, sicca, pallide carnea, in colorem hepatico-fulvum vergens, in stipitis filiformi-canaliculati bulbo albentior.

Legi hos siccos, rigidos et minutos Fungos cum *Agarico nitente*, in plano montoso sterili ad oram septentrionalem sylvulae Forst, die 10. Octobris 1788.

Icones.

a. Fungus pallentior minor.
b. Alius, procerior, magis fulvens.
c. Idem dissectus.

CCXII. AGARICUS CHRYSODON.

Albus, pileo margine crenato-dentato, et luteiscente, stipite superne infra lamellas luteo-pruinato, laminis margine sulphureo-pruinatis.

Fungus singularis, qui mihi affinis videtur sericeis squamosis, immo etiam sequenti, ob crenas pilei, furfur lamellarum marginale, et stipitis proportionem.

Pileus

Der Stiel ist mehr oder weniger gebogen, geht mit dem Unterende seitwärts, ist mit dem größten Theile seiner Länge sanft gekrümmt, und erweitert sich oben in einen blättertragenden Kegel, der vom Hute bedeckt wird.

Die Blättchen sind steif, dick, und in der Länge dreyfach verschieden. Die kleinern Blättchen, wovon die am Rande äußerst klein sind, haben eine längliche Gestalt; die längsten der dritten Ordnung, wovon im ganzen Schwamme nur 12 — 14. anzutreffen sind, zeigen sich mehr verlängert, unten ausgeschweift, und fließen hin und wieder mit denen der zweyten Ordnung gabelförmig zusammen. Die Farbe der Blättchen ist blässer als im Hute und Stiele.

Das Wesen ist fleischig, trocken, blaß fleischfarbig, etwas in die leberfarbne Braunröthe übergehend. Im Knollen des fadenförmig ausgehöhlten Stiels ist es weißlicher.

Diese trocknen, steifen und zarten Schwämme fand ich zugleich mit dem glänzend glatten Fleischschwamm auf der dürren Bergfläche am Rande des Forstes gegen Mitternacht, am 10. October 1788.

Abbildungen.

a. Ein kleiner blässerer Schwamm.
b. Ein mehr erwachsner, von einer mehr braunrothen Farbe.
c. Derselbe zerschnitten.

212. Der goldzähnige Lederschwamm.

Ein weißer Schwamm, mit einem gabelförmig gekerbten, am Rande goldgelblichen Hute, einem unter den Blättchen goldgelb bereiften Stiele, und Blättchen, deren Ränder schwefelgelb bereift sind.

Dieser Schwamm, der mir nicht allein den Seidenschwämmen, sondern auch selbst dem folgenden verwandt zu seyn scheint, zeichnet sich durch die Kerbung des Hutes, durch die Kleye am Rande der Blättchen, und durch das Verhältniß des Stieles aus.

Der

Digitized by Google

Pileus ſuperne glabriuſculus, delicate carnoſus, margine acute dentato, et repando-crenato, apicibus dentium, qui ſinus intercedunt, nodiformibus, furfuraceis. Furfur ab his et in margine initio ſolum amoeniſſime in albo pileo luteum, ſic ut furfur granuloſum in ſtipite. Pileus membranaceus ſeu coriaceus ſolum ſtipiti imponitur.

Der Hut iſt oben etwas glatt, zartfleiſchig, und hat einen ausgeſchweift gekerbten Rand, der auf dieſe Art mit ſcharfen Zähnen, die zwiſchen den Kerben ſtehen, beſetzt iſt. Dieſe Zähne ſind knotenförmig, und kleyig. Die Kleye auf ihnen und dem Rande iſt, ſo wie die mehr körnigt Kleye des Stiels im Anfang auf der weißen Fläche von der angenehmſten goldgelben Farbe. Der häutige oder lederartige Hut iſt blos auf den Stiel aufgeſetzt.

Stipes validus cylindricus, leniter flexus, pileo concolor, ſuperne ſub laminarum affixionem furfure granuloſo luteo tectus. Intus cavo longitudinali ſurſum decreſcente inſtructus eſt.

Der Stiel iſt ſtark, walzenförmig, ſanft gebogen, von gleicher Farbe mit dem Hute, und oben unter der Anheftung der Blättchen mit einem goldgelben Pulver beſtreut. Inwendig hat er eine Höhle, die ſich nach oben verengert.

Laminae pallidae, colore aquoſo flavo-cineraſcentes, oblongae, minores, cum majoribus alternantes, longitudine variae; elongatae majores inferne leniter cavatae, ſtipiti affixae, circiter 48. Omnes praecipue longiores margine gaudent furfure denſo pallide ſulphureo crenulato, minimae marginales vero margine integro, nudo.

Die Blättchen haben eine blaſſe, wäßrige, gelbgrauliche Farbe; die kleinern länglichen, wechſeln in verſchiedner Länge mit denen größern ab, die verlängert, unten ſanft ausgeſchweift, an den Stiel angeheftet ſind, und ſich auf 48. belaufen. Die Ränder von allen, vorzüglich von den längern, ſind mit einer dichten blaß ſchwefelgelben Kleye beſetzt, die ihnen ein gekerbtes Anſehen giebt, und auf den kleinſten Blättchen, die am Hutrande ſtehen, fehlt.

Senſim ſtipes et pileus externe *exſiccatione* obducuntur luteſcente colore, in pileo ſquamuloſo-floccoſo, in ſtipite pruinoſo. *Flocci* et *pruina* jam ab initio adſunt, ſed delicate albeſcunt.

Hut und Stiel werden nach und nach, wenn der Schwamm trocknet, äußerlich mit einer goldgelblichen Farbe überzogen; die auf dem Hute flockigen Schuppen, auf dem Stiele aber mehr einem Reife ähnlich iſt. Beide Ueberzüge ſind gleich vom Anfang vorhanden, aber von einer zarten Weiße, und weniger merklich.

Subſtantia nivea, ſubcarneo-flavella.

Das Weſen iſt hellweiß, nur wenig ins gelblich fleiſchfarbne fallend.

Differt fungus a *flavo-floccoſo* XCVII. colore mitiore, ſubſtantiae diverſo, ſuperficie, lamellis et margine pilei.

Dieſer Schwamm iſt durch die bläſſere Farbe, die andre Färbung des Weſens, die Oberfläche, die Blättchen, und den Hutrand von dem gelbflockigen Lederſchwamm N. 97. verſchieden.

Legi eum medio Septembris 1788. in fageto ſylvulae Rauhethal.

Icones.

a. Fungus integer, luteſcere incipiens.
b. Idem diſſectus.

CCXIII. AGARICUS BERYLLUS.

El. n. 112.

Fungum depingo, et accuratiorem ejus deſcriptionem ſiſto, poſtquam eum in natura ipſa licuit invenire.

Pileus convexus, validus, ſubpulvinatus, et fartus, margine tenuatiore paullulum convexo-involutus, et ora extima laceris furfuraceis particulis fimbricatus. Superficies initio pauluum viſcida. Diſcus fungi ſubferrugineus, margo magis aquamarino-vireſcens, ſic ut fimbria lacera, quae tamen albidior, fere nivea.

Stipes validus, linearis, leniter flexus, albens, cyaneo-aquamarinus, totus pruinatus, in infera maxima parte floccoſus, et ſuperne cinctus annulo arrecto floccoſo, cum infera parte confluente, lacero, ſuperne brunneo. Supra hunc annulum reliqua pars ſtipitis non floccoſa aequalior, infra lamellas ſtriata, ſtriis pruinatis albis, ab interno termino laminarum orientibus, licet hae ipſae in ſtipitem non decurrant.

Laminae oblongo-elongatae, marginibus inferioribus convexis albo-pruinatis, et quaſi crenato-granuloſis. Color laminarum

Ich fand ihn zwiſchen einem Buchenwäldchen im Rauhethal in der Mitte des Septembers 1788.

Abbildungen.

a. Ein ganzer gelbwerdender Schwamm.

b. Derſelbe zerſchnitten.

213. Der meergrüne Fettſchwamm.

Gatt. und Arten N. 112.

Nachdem ich dieſen Schwamm ſelbſt in der Natur fand, beſchreibe ich ihn genauer und liefere Abbildungen von ihm.

Der Hut iſt rund-erhaben, ſtark, faſt gepolſtert und fleiſchig, mit dem etwas dünnen Rande ein wenig rundlich eingerollt, und am äußerſten Umfang mit zerriſſnen und klepigen Abhängſeln bebrämt. Die Oberfläche iſt im Anfang etwas klebrig. Die Mitte des Hutes hat eine etwas roſtgelbe Farbe, der Rand fällt ſtärker ins meergrüne, ſo wie der zerſchlißte Saum, der aber faſt hellweiß iſt.

Der Stiel iſt ſtark, gleichbreit, ſanft gebogen, weiß, von einer meergrünen ſtahlblauen Farbe, ganz bereift, am untern Theile flockig, und oben mit einem flockigen Ringe verſehen, der aufrecht ſteht, und mit dem untern Theile des Stiels zuſammenfließt, und zerſchlißt iſt. Seine obere Fläche iſt tiefbraun. Ueber dieſem Ringe iſt der übrige Theil des Stieles ohne Flocken, mehr gleichförmig, und nur mit weißen reifartigen Streifen verſehen, die von den Blättchen herablaufen, obgleich dieſe letztern ſelbſt nur an den Stiel befeſtigt ſind, ohne ſich an ihm weiter zu verlängern.

Die Blättchen ſind länglich, etwas verlängert, haben unten bogige, weiß bepuderte, und gleichſam körnig gekerbte Ränder. Die Farbe der Blättchen iſt blaß tiefbraun, etwas braun-

Digitized by Google

narum pallide brunneus, subfulvellus, margines versus obscurior. Longiores laminae truncato termino stipiti affiguntur.

Substantia carnosa farta, alba, solum in cortice stipitis colore fungi virescens, in stipite canali angusto, superne acuto-decrescente, excavata.

Legi fungum in terra fruticeti sylvulae Rauhethal, initio Septembris 1788.

Icones.

a. Fungus integer, annulo et margine pilei lacero-floccoso.
b. Idem dissectus.

CCXIV. AGARICUS BUCCINALIS.

Totus caesio-albus, tener, pileo membranaceo et foveato, laminis in stipitem brevem flexuosum decurrentibus.

Totus fungus aquoso-albens, lacteus, siccitate demum niveus, alutaceus, rigens.

Pileus membranaceus, immo papyraceus, margine inaequali et undato, e stipitis termino foveato, quasi explanatus, sursum forma infundibuli ascendens, et margine iterum laxe deflexus, in adultiore fungo laminis transparentibus striatus.

Stipes, licet ipse tener, tamen erga pileum, in quem se diffundit, validus, flexuosus, et interne quasi filiformi canali pertusus.

Lami-

braunröthlich, und an den Rändern dunkler. Die längern Blättchen heften sich mit dem innern gestutzten Ende an den Stiel an.

Das Wesen ist voll und fleischig, weiß, und nur in der Rinde des Stiels von der grünlichen Farbe des Schwamms durchdrungen. Im Stiel ist es mit einer schmalen röhrigen Höhlung versehen, die nach oben abnimmt, und spitziger wird.

Ich fand diesen Schwamm zu Anfang des Septembers 1788. auf der Erde in einem Laubhölzchen des Rauhethals.

Abbildungen.

a. Ein ganzer Schwamm, mit dem zerschlitzten Ringe und Hutrande.
b. Derselbe zerschnitten.

214. Der kinkhornförmige Schiefschwamm.

Ein ganz weißer, blaß bläulicher Schwamm, mit einem häutigen vertieften Hute, und Blättchen, die an dem kurzen, hin und her gebognen Stiele herablaufen.

Der ganze Schwamm hat eine weiße, wässerige Milchfarbe, zuletzt, wenn er vertrocknet, wird er hellweiß, zartlederig, und starr.

Der Hut ist häutig, oder so dünn wie Papier, und hat einen ungleich gewellten Rand; er entsteht gleichsam aus der trichterförmigen Vertiefung des Stiel-Endes, steigt in die Höhe, und hängt am Rande wiederum schlaff herunter. Bey ältern Schwämmen ist der Hut wegen der durchscheinenden Blättchen von einem gestreiften Ansehen.

Der Stiel, ob er gleich selbst zart ist, hat doch gegen den Hut, in welchen er sich ausbreitet, eine beträchtliche Stärke; er ist hin und her gebogen, und hat eine zarte fadenförmige Höhlung.

Digitized by Google

Laminae rariores, quadruplici ordine, ſed ſaepe irregulari alternantes, laxe diſpoſitae, majores circiter 12. in toto fungo. Minores ſunt oblongae, breves, utroque termino acutae, utroque margine convexae, longiores vero elongatae, falcatae, et in ſtipitem decurrentes.

Legi fungum tenellum, ſed vere diſtinctum, in terra ſterili gramine tecta, die 10. Octobris 1788. una cum *Agarico nitente, ſubhepatico,* aliisque.

Icones.

a. Fungi bini, major et minor, utrique pileo foveato, ſtipite flexuoſo.

b. Alter eorum major, diſſectus, et lente optica ampliatus.

CCXV. AGARICUS FRAGILIS.

Pileo convexo, fragili, medio tantum umbilicato, ochraceo, margine albente irregulari, ſtipite gracili brevi una cum lamellis pallidiore.

Fungus certe ab *Agarico pſeudo-delicioſo* El. n. 131. et *meſenterico* El. n. 132. diverſus, tener, fragilis, et ſubudus.

Pileus ſemper convexus, glaber, ſubviſcidus, in diſco ochraceus, inter hunc et marginem plerumque nimbo udiore et magis obſcuro, ferrugineo-fuſco, cinctus, in margine late et inaequaliter lobatus, aluta-

Die Blättchen ſtehen weit aus einander, in vierfacher, aber nicht genauer Ordnung, haben eine ſchlaffe Stellung, und im ganzen Schwamm zählt man etwa 12. größere. Die kürzern ſind länglich, kurz, an beiden Enden ſpitzig, oben und unten bogig; die längern aber ſind verlängert, ſichelförmig, und laufen am Stiele herab.

Ich fand dieſe zarte Schwammart, die aber von den übrigen abweicht, am 10. October 1788. auf dem trocknen Grasplatz, wo ich den glänzend glatten Fleiſchſchwamm und den leberfarbigen Lederſchwamm nebſt andern antraf.

Abbildungen.

a. Zwey Schwämme, ein größrer und ein kleinerer, beide mit vertieftem Hute, und hin und her gebognen Stielen.

b. Der größere von ihnen, zerſchnitten und vergrößert.

215. Der zerbrechliche Schiefſchwamm.

Ein Schwamm mit einem zerbrechlichen, rund erhabnen, in der Mitte blos genabelten ocherfarbigen Hute, deſſen Rand weißlich und ungleich iſt; der kurze dünne Stiel iſt, ſo wie die Blättchen, von bläſſerer Farbe.

Dieſer Schwamm iſt ſicher vom dünnen Schiefſchwamm mit den ungetheilten (Gatt. und Arten N. 131. S. 92.) und zerlappten Rande (N. 132.) verſchieden. Er iſt zerbrechlich und etwas feucht.

Der Hut iſt immer rund erhaben, glatt, und etwas klebrig; in der Mitte ocherfarb, zwiſchen ihr und dem Rande gemeiniglich mit einem feuchtern, dunklern, roſtbräunlichen Kreiſe umgeben, am breit und ungleich gelappten Rande aber zartlederig, undurchſichtig, und faſt

taceus, ſub - niveus, et opacus. Medium pilei levius vel profundius fovea umbilicali ſupra ſtipitem, qui ſenſim in pileum diffluit, impreſſum. Pileus verſus marginem ſenſim e coriacea craſſitie tenuatur.

Stipes erga latum pileum gracilis, brevis, ſurſum aliquantulum increſcens, et ſupera parte ſe in pileum diffundens, externe ſubfibroſus, ſemipellucidus, udus.

Laminae luridae, carneo - rubellae, trium minorum ordinum, ſimiles illis antea in fungo praecedenti deſcripris, ſed longiores, maximae vero falcatae, interne ſuperae craſſiori ſtipitis parti paullulum affuſae, circiter 40.

Subſtantia pilei, ſtipitisque ſolidi, aequalis, pallide ochracea.

Legi plures fungos hujus ſpeciei in pineto ante ſylvulam Forſt, die 28. Septembris 1788.

Icones.

a. Fungus pileo margine aequaliori.

b. Alius margine pilei magis lobato.

c. Fungus ſtipite abbreviato.

d. Fungus diſſectus.

CCXVI. AGARICUS OBESUS.

Pileo craſſo pulvinato, margine et ſuperficie inaequali, ochraceo-albo, confluente cum ſtipite craſſo, brevi, carneo-niveo, lamellis pallide ochraceis.

faſt von hellweißer Farbe. Der Hut wird in der Mitte über dem Stiel, der ſich in ihn nach und nach ausbreitet, mehr oder weniger durch einen nabelförmigen Eindruck vertieft. Er hat eine lederartige Dicke, wird aber gegen den Rand zu verdünnt.

Der Stiel iſt gegen den breiten Hut ſehr ſchmal, kurz, verdickt ſich nach oben, und breitet ſich daſelbſt in den Hut aus. Außen iſt er etwas faſrig geſtrichelt, übrigens halbdurchſichtig und feucht.

Die Blättchen ſind misfarbig, fleiſchröthlich, in der Länge dreyfach verſchieden, denen im Vorhergehenden ähnlich, aber länger; die größten, deren der Schwamm etwa 40. enthält, ſind ſichelförmig, und am innern Ende etwas an das ſtärkere Oberende des Stieles angegoſſen.

Das Weſen des Hutes und des dichten Stieles iſt gleichartig, von blaſſer Ocherfarbe.

Mehrere dieſer Schwämme fand ich am 28. September 1788. im Kiefernwäldchen am Eingang des Forſts.

Abbildungen.

a. Ein Schwamm mit einem gleichern Hute.

b. Ein anderer mit einem ſtärker gelappten Hute.

c. Einer mit verkürztem Stiele.

d. Ein zerſchnittner Schwamm.

216. Der dicke Schiefſchwamm.

Ein Schwamm mit einem dicken gepolſterten, ocherartig weißen Hute, der einen ungleichen Rand, eine unebne Oberfläche hat, und mit dem kurzen, dicken, fleiſchröthlich weißen Stiele zuſammenfließt. Die Blättchen haben eine blaſſe Ocherfarbe.

Differt ab omni Agarico obliquo, hactenus a me descripto.

Pileus fartus rigidus pulvinatus, margine inaequalis, obtuse lobatus, superficie glaber, aluta ceus, leniſſime viſcidus, et in plerisque colliculosus, vage ſcrobiculatus. Margo ſolum extremus anguſtus, tenerior pileo reliquo craſſiſſimo, et involutus.

